# 4175. VORLÄUFIGER ARBEITSTITEL: AUS UND ZU DENIS PETAU, THEOLOGICA DOGMATA

Vorläufige Datierung: [Um 1692]

**Überlieferung**:

*L* Auszug mit Bemerkungen aus D. PETAU, *Theologica dogmata*, 4 Bde in 5 Tln, Paris 1644–1650: LH I 6, 1 Bl. 1–11. 4 Bog. u. 3 Bl. 2°. 15 $^{1}/_{2}$ S. auf Bl. 1 $r^{o}$, 2 $v^{o}$, 3 $r^{o}$–6 $r^{o}$, 7 $r^{o}$, 8 $r^{o}$–11 $r^{o}$. Geringfügiger Textverlust durch Papierverlust am unteren Blattrand von Bl. 2 $v^{o}$.

*E* GRUA, *Textes*, 1948, S. 332–338 (Teildruck).

bearbeitet von Herma Kliege-Biller

[Anhaltspunkte zur Datierung:] Denis Petaus 1644–1650 in Paris erschienene *Theologica dogmata* waren Leibniz zwar bekannt, und er schätzte Petau, Anlaß und Entstehungszeitpunkt unserer Auszüge konnten jedoch nicht näher bestimmt werden. Das Wasserzeichen des Papiers weist mit aller Vorsicht auf das Jahr 1692. Leibniz orientiert sich zwar eng am Text, er zitiert jedoch meistens nicht wörtlich, sondern stellt vielfach einzelne Worte um oder paraphrasiert. Umfangreichere wörtliche Übernahmen aus Petaus Text setzen wir kursiv und im Gegensatz zu Zitaten aus anderen Schriften ohne gesonderten Nachweis im Apparat, Auslassungen in diesen Übernahmen werden mit [ . . . ] gekennzeichnet. Leibniz’ eigene Bemerkungen stehen in (+ +).

[Thematische Stichworte:] Deus unicus (unus); proprietas divina; trinitas; angelus; Engel; hierarchia ecclesiastica; incarnatio; verbum incarnatum; opificium mundi; dogmata theologica

[Einleitung:] —

*1$^{r}$* [Tom. I., in quo de Deo uno, Deique proprietatibus agitur]

[ad Tom. I, Prolegomena, cap. I, 1 sq.] Θεολογεῖν est divinitatem alicui tribuere, hinc apud veteres Theologia pro divina Christi natura, Oeconomia pro humana, ita Ephraem apud Photium cod. 228 p. 404. Et Cyrillus Alex. jam ante in Joh. ad illa verba (Joh. 1. 11.) *in propria venit*, idemque homilia in *ramos palmarum* Christum in alto a seraphinis Deum dici (Tom. 5. p. 394) *καὶ ἄνω ὑπὸ σεραφὶμ θεολογεῖται*. Sed jam ante Nazianzenus or. 38. p. 616. D.

23 f. Θεολογεῖν . . . veteres: vgl. H. ESTIENNE (STEPHANUS), *Thesaurus Graecae linguae*, Genf 1572–1573, Bd 1, Sp. 1524. 24 f. Theologia . . . p. 404: vgl. Ephraem bei PHOTIUS VON KONSTANTINOPEL, *Βιβλιοθηκη*, cod. 228 (hrsg. v. D. Hoeschel, Augsburg 1601, S. 404). 25 f. Cyrillus . . . *venit*: vgl. CYRILL VON ALEXANDRIA, *Commentarii ad Joannem*, zu Johannesevangelium 1, 11 (*Opera*, Paris 1638, Bd 4, S. 89 A-B). 27 *καὶ* . . . *θεολογεῖται*: CYRILL VON ALEXANDRIA, *Homiliae diversae*, *In sanctum festum Palmarum, et in pullum asini* (*Opera*, Paris 1638, Bd 5, 2, S. 394 D).

*ὅτι μὴ θεολογία τὸ προκείμενον ἡμῖν ἀλλ'οἰκονομία.* non theologia nobis nunc proposita sed oeconomia. Et Dionysius jam ad Demophilum *Daemones Jesum* [ . . . ] *θεολογεῖν*, id est Deum confiteri [.]

[ad Tom. I, Prolegomena, cap. II, 4] Martinus I. papa in Lateran. Syn. dictum Victoris Carthaginensis probat: *nihil permittere dici noviter a quopiam quod sanctorum patrum traditio minime definivit*[.]

[ad Tom. I, Prolegomena, cap. II, 6] Dionys. Petavius *Dogm. Theol.* Tom. 1. prolegom. cap. 2. artic. 6. *antiquorum patrum responsa extra synodales eosdemque probatos ab Ecclesia consessus, aut citra traditionis Apostolicae quam* aestimant *fidem, non habere certam indubitatamque probandi firmitatem, sed probabilem duntaxat* [.]

[ad Tom. I, Prolegomena, cap. II, 10] Theodoretus in 3[tio] dialogo adversus haereses, cum adversus Ecclesiae hostes pugnarent fecisse quod stirpium cultores, qui curvam plantam in partem alteram inflectunt ut ad rectum statum perducatur[.]

[ad Tom. I, Prolegomena, cap. IV, 8] Multa apud Clem. Alex. pro usu philosophiae in Theologia. Ait lib. 6. *sepimentum est dialectica* [ . . . ] *ne a sophistis veritas proculcetur* et Basil. ad 1. cap. Is. dialectica *muri instar est dogmatibus*[.]

[ad Tom. I, Prolegomena, cap. IV, 7] Id jam dixerat Philo *lib. de Agricultura*. Et jam Plato esse sepimentum lib. 7. *de rep.*

[ad Tom. I, Prolegomena, cap. IV, 4] Tria a Gnostico desiderat Clem. Alex. lib. 7. *Strom.* p. 504 rerum notitia, *praestare* quod *recta ratio dictat, communicare aliis posse*[.]

[ad Tom. I, Prolegomena, cap. IV, 10] Basilius et Greg. Nyssen. philosophice in libris contra Eunomium[.]

15 Theologia. (*1*) Et ait (*2*) Ait *L*

1 *ὅτι ... οἰκονομία*: Gregor von Nazianz, *In Christi nativitatem oratio Panegyrica* (*Opera*, hrsg. v. Jac. Billius, Paris 1609, Bd 1, Oratio 38, S. 616 D). 2 f. Dionysius ... confiteri: vgl. Dionysius Pseudo-Areopagita, *Epistolae*, 8, 1. 4–6 Martinus I. ... *definivit*: vgl. *Concilia generalia et provincialia graeca et latina*, hrsg. v. S. Binius, Paris 1636, Bd 4, S. 686 d (*Concilium Lateranense a. 649 celebratum*, (*Acta conciliorum oecumenicorum*, hrsg. v. R. Riediger, II, 1, Berlin 1984, secretarius secundus, S. 106 f.). 11–13 Theodoretus ... perducatur: vgl. Theodoretus, *Eranistes seu Polymorphus*, dialogus 3. 15 *sepimentum ... proculcetur*: vgl. Clemens von Alexandria, *Stromata*, VI, 10, 81 (*Opera*, Leiden 1616, S. 472 B). 16 dialectica ... *dogmatibus*: vgl. Basilius der Große, *Enarratio in prophetam Isaiam*, cap. 2, 92. 17 Philo ... *Agricultura*: vgl. Philo von Alexandrien, *De agricultura*, cap. 13. 17 f. Plato ... *rep.*: vgl. Platon, *De Republica*, 435 e. 19 f. Tria ... *posse*: vgl. Clemens von Alexandria, *Stromata*, VII, 1, 4 (*Opera*, Leiden 1616, S. 504 C). 21 Basilius: vgl. Basilius der Große, *Adversus Eunomium libri quinque*. 21 Greg. Nyssen.: vgl. Gregor von Nyssa, *Contra Eunomium*.

[ad Tom. I, Prolegomena, cap. IV, 11] Augustinus lib. 2. c. 31. *de doct. Christ.* quantum dialectica prosit: *disputationis* inquit *disciplina ad omnia genera quaestionum quae in* sanctis literis *sunt penetranda et dissolvenda plurimum valet*[.] Add. lib. 3. *contra Academ.* c. 13. Et de philosophiae usu pro Theologo christiano lib. 2. *doct. christ.* c. 40. Et de dialecticae usu lib. 1. *contra Crescon.* 13. et sqq.

[ad Tom. I, Prolegomena, cap. IV, 15] Clem. Alex. 1. *Strom.* p. 213. lib. 1. *Plato veritatis amans, velut divino quodam afflatu percitus ita loquitur. Ego sum, inquit, hujusmodi, ut nulli alii assentiar nisi rationi quae mihi consideranti optima visa fuerit*: Hinc Ethnici christianos *πιστοὺς fideles*, id est credulos per ludibrium vocabant, ut jam Orig. memorat in Opere *contra Cels.* et Clem. Alex. et Cyrill. *contra Julian*[.]

[ad Tom. I, Prolegomena, cap. V, 6] Erasm. ad cap. 1. *Ep. ad Timoth.* recensens quaestiones impias et supervacaneas, ut putat a scholasticis motas, multum fallitur, v. g. non contemnenda quaestio est an Deus possit infinitum secundum omnem dimensionem producere, an possit mundum ab aeterno facere, et meliorem quam fecit. An potestatem creandi possit communicare creaturae. [ad Tom. I, Prolegomena, cap. V, 8] An haec propositio *Deus est scarabaeus aut Cucurbita* tam possibilis sit quam illa *Deus est homo*: ubi quaestio est an Deus rationis expertem naturam possit Hypostasi suae adjungere. Nulla est in divinis quaestio probabilis in universum, quae non fiat inepta et indecora, si per species omnes distribuatur[.] [ad Tom. I, Prolegomena, cap. IX, 3] Ii iidem doctores sapientiae qui Dei sacerdotes Lactant. lib. 4. c. 2. *d. inst*[.], apud Ethnicos dissidebat philosophia et religio[.]

[ad Tom. I, Prolegomena, cap. IX, 6] Augustinus lib. *de Agone Christi* c. 13. *Errat* qui se veritatem *putat cognoscere cum adhuc nequiter vivat.*

1 c. 31. *erg. L* 11 *Timoth.* (*1*) inter (*2*) recensens *L* 12 impias et *erg. L* 21 f. *Errat* … vivat. *erg. L*

2 f. *disputationis* … *valet*: vgl. Aurelius Augustinus, *De doctrina christiana*, II, 31. 3 lib. 3. … c. 13: vgl. Aurelius Augustinus, *Contra Academicos libri tres*, III, 13. 4 de … c. 40: vgl. Aurelius Augustinus, *De doctrina christiana*, II, 40. 4 f. de … sqq.: vgl. Aurelius Augustinus, *Contra Cresconium*, I, 13–20. 6–8 *Plato* … *fuerit*: vgl. Clemens von Alexandria, *Stromata*, I, 8, 42, 1 (*Opera*, Leiden 1616, S. 213 A). 9 f. Orig. … *Cels.*: vgl. Origenes, *Contra Celsum libri octo*, I, 9. 10 Clem. Alex.: vgl. Clemens von Alexandria, *Stromata*, I, 9, 43, 1. 11–15 Erasm. … creaturae: vgl. D. Erasmus von Rotterdam, *Paraphrases in Epistolas Pauli, ad Timotheum duas, ad Titum unam, et ad Philemonem unam*, [Basel 1520], S. 6–19, zu 1. Timotheusbrief, cap. 1. 15 f. An … *homo*: vgl. D. Erasmus von Rotterdam, *Ratio seu methodus verae theologiae*, Basel 1519, S. 115. 19 f. Ii … religio: vgl. L. Caecilius Firmianus Lactantius, *De divinis institutionibus adversus gentes libri octo*, IV, 2 f. 21 f. *Errat* … *vivat*: Aurelius Augustinus, *De agone christiano*, cap. 13.

[ad Tom. I, Prolegomena, cap. IX, 7] Ptolemaei Epigramma:

*Οἶδ’ ὅτι θνητὸς ἐγὼ, καὶ ἐφήμερος, ἀλλ’ ὅταν ἄστρων*
*Μαστεύω πυκινὰς ἀμφιδρόμους ἕλικας,*
*Οὐκέτ’ ἐπιψαύω γαίης ποσίν· ἀλλὰ παρ’ αὐτῷ*
*Ζηνὶ διοτρεφέος πίμπλαμαι ἀμβροσίης.*

Quod ita vertit Dionys. Petavius:

*Mortalem scio me ac vitae brevis. Ast ubi flexus*
*Astrorum atque orbes mente agito varios*
*Non jam contingo pedibus sola, sed Jovis almi*
*Consors, Ambrosiae pabula sacra fruor*[.]

[ad Tom. I, Prolegomena, cap. IX, 11] Partitio Theologiae: Dei natura et opera. Natura quae scitur et quae revelatur. Hinc de Deo Tract. 1. De incarnatione Tr. 2. Opera duplicia: naturae et gratiae[.] Naturae spiritualis hinc Tom. 3.[,] de Angelis Tom. 3. Temporalis hinc. Ac de mundi opificio Tom. 4. Gratiae opera sunt primarium incarnatio Tom. 5. secundarii instrumenta, et forma quae efficitur. Instrumenta efficientia: Sacramenta Tom. 6. Dirigentia lege⟨s⟩ Tom. 7. Forma duplex, qua sancti fimus Gratiae Tom. 8. et qua praeparamur Virtus Tom. 9. Formae contrarium peccatum Tom. 10.

*2ᵛ* [ad Tom. I, lib. I, cap. 1, 3] Sextus Empiricus lib. 8. *contra Math.* pag. 317. recenset Atheos veteres[.]

[ad Tom. I, lib. I, cap. 1, 9] Proclus[1] in 1. et 2. *Com. in Timaeum* observat Platonem *causam omnium quae in mundo sunt ad supremum refer*re *opificem*, nec quicquam tribuere fortunae et casui, cui Epicurus omnia[,] Aristoteles aliqua dedere, inque ea re Platonem Pythagoreos secutum ait vid. p. 80[.]

---

[1] *Vor diesem und einigen weiteren Absätzen auf Bl. 2 vº hat Leibniz zunächst eine Schneidemarke eingezeichnet, wohl um das Blatt in kleinere Notizen zerschneiden zu können, hat sich dann jedoch für einen durchgehenden Auszug entschieden.*

10 f. fruor. (*1*) Dionysius Petavius in *dogmatibus* praeter eas controversias quas (*a*) the (*b*) Catholici habent inter se (*2*) Partitio *L*  13 Tom. 3. *erg. L*  13 hinc (*1*) Tom. 4 de sacramentis (*2*) . Ac *L*  23 vid. p. 80 *erg. L*

---

2–5 *Οἶδ’ … ἀμβροσίης*: Das Epigramm wird Claudius Ptolemaios zugeschrieben (*Anthologia Graeca*, hrsg. v. H. Beckby, 2. verb. Ausg. München 1965, Bd 3, Buch 9, Epigramm 577).  18 f. Sextus … veteres: vgl. SEXTUS EMPIRICUS, *Adversus mathematicos*, IX, 51 (*Opera*, Genf 1621, S. 317, dort Commentariorum liber octavus).  21 *causam … opificem*: vgl. PROKLOS, *Commentaria in Timaeum et Politica*, angebunden an *Platonis Omnia opera*, hrsg. v. S. Grynaeus, Basel 1534, S. 5 B.  21–23 nec … ait: vgl. PROKLOS, a.a.O., S. 80 C-D.

[ad Tom. I, lib. I, cap. 1, 11] Salustius[2] *lib. de diis* p. 33 Communes esse notiones *de quibus interrogati mortales* [...] *eadem et communi voce respondent*, veluti Deum esse bonum immutabilem[.]

[ad Tom. I, lib. I, cap. 1, 13] Autor[3] libri de *cognitione verae vitae* inter Augustini opera: Mundus partibus constat. Mundus ergo non per se subsistit, et ideo sequitur quod creativa sit[.]

[ad Tom. I, lib. I, cap. 1, 13] Augustinus[4] *de civ. Dei* lib. 8. c. 6. *quicquid est vel corpus esse vel vitam*; [...] sensibilem esse speciem corporis, *intelligibilem vitae*.

[ad Tom. I, lib. I, cap. 2, 4] Alcinous *de doctrina Platonis*: idea quod ad Deum attinet est ipsius cognitio (*νόησις αὐτοῦ*) quoad nos primum intelligibile, quoad materiam Modus (*μέτρον*, mensura), quoad Mundum sensibilem exemplar, quoad se ipsam essentia.

[ad Tom. I, lib. I, cap. 2, 7] Anselmus[5] in *Monolog.* cap. 1. et seq. quae ita *dicuntur aliquid,* [...] *ut ad invicem magis aut minus aut aequaliter dicantur, per aliud dicuntur quod non aliud et aliud sed idem intelligitur in diversis, sive in illis aequaliter sive inaequaliter consideretur. Nam quaecunque justa dicuntur ad invicem sive pariter sive magis* et *minus non possunt* esse *justa nisi per justitiam, quae non est aliud et aliud in diversis.* Et ita varia bona per id sunt bona, per quod cuncta sunt bona et quod est per se bonum. Et cum nullum aliud bonum sit eo majus per quod est bonum, necesse est per se bonum esse summum bonum. Idem dici potest de magno et de ipso esse[.]

[ad Tom. I, lib. I, cap. 2, 8] Rich. a S. Victore lib. *de Trin.* c. 6. seq. quod semel ipso est, ab aeterno esse[,] in tanta multitudine oportet esse aliquid summum, seu quo nihil majus nihil melius[,] melior rationalis natura. Ergo rationalis est substantia summa, et quidem summam sapientiam habet. Et omnis ab ea essentia.

---

[2] *Schneidemarke vor diesem Absatz*
[3] *Schneidemarke vor diesem Absatz*
[4] *Schneidemarke vor diesem Absatz*
[5] *Schneidemarke vor diesem Absatz*

5 quod (*1*) creatam (*2*) creativa *L* 8 f. est (*1*) notio, quoad nos | primum *versehentlich nicht gestr.* | intellig (*2*) ipsius *L* 19 quod (*1*) | a *versehentlich nicht gestr.* | se est (*2*) semel *L*

---

1–3 Salustius ... immutabilem: vgl. SALLUSTIUS, *De diis et mundo*, cap. 1, sect. 2 (hrsg. v. L. Allatius, Rom 1638, S. 33). 4 f. Autor ... sit: vgl. HONORIUS AUGUSTODUNENSIS, *De cognitione verae vitae liber unus*, cap. 7 (PL 40, Sp. 1011); in AURELIUS AUGUSTINUS, *Opera omnia*, Antwerpen (Plantin) 1576, Bd 9, S. 403. 6 f. *quicquid ... vitae*: AURELIUS AUGUSTINUS, *De civitate Dei libri XXII*, VIII, 6. 8–10 idea ... essentia: vgl. ALBINUS (Alcinous), *Epitome doctrinae Platonicae sive Διδασκαλικός*, cap. 9, 1. 11–18 Anselmus ... esse: vgl. ANSELM VON CANTERBURY, *Monologion*, cap. 1 f. 19–22 quod ... essentia: vgl. RICHARDUS DE SANCTO VICTORE, *De trinitate*, I, 6 f. u. I, 11 f.

[ad Tom. I, lib. I, cap. 2, 12] Argumentum a motore primo D. Thomas explicet in 1. part. quaes. 2. art. 3. et in *comp. Theol.* c. 4. et latius explicat R. Moses Maiemonides in 2da parte libri *More Nebochim* c. 1[.]

[ad Tom. I, lib. I, cap. 3, 2] Celebres sunt Sophoclis senarii, quos citant Justinus, Athenagoras, Clemens, Euseb. Cyrill. Euseb. *Chron. Gr.* p. 13. *εἷς ταῖς ἀληθείαισιν εἷς ἔστιν θεὸς ὃς οὐρανὸν* [*τ'ἔτευξε*] *καὶ γαῖαν μακρὰν.* etc.

[ad Tom. I, lib. I, cap. 3, 5] Abaelardus lib. 3. *introd. Theol.* p. 1106. *omnia tanto majore concordia regi quanto paucioribus cura regiminis commissa est, nihil autem melius aut majore concordia regi quam mundum* [ . . . ] *universum, quod in 1. de inventione proditum a Cicerone refert.*

[ad Tom. I, lib. I, cap. 3, 8] Athanasius libro *contra Gentiles*, putat Deum unum tantum Mundum produxisse, ne putarentur plures dii esse[.] (+ quasi scilicet nosci possint res alterius mundi +)

[ad Tom. I, lib. I, cap. 4, 1] Salustius *de diis* p. 52. primam causam unam esse, quia monas prior multitudine[.]

[ad Tom. I, lib. I, cap. 4, 3] Et ut ait Edmundus Cantuariensis in *speculo Ecclesiae* Tom. 5. *Bibl. PP.* c. 28. supervacanei sunt reliqui si unus instar omnium esse potest, qui alias non esset Deus. Id jam Tertullianus *contra Marcionem* cap. 5.

6 *εὔτεξε L ändert Hrsg. nach Petau*

---

1 f. Argumentum … c. 4.: vgl. Thomas von Aquin, *Summa theologiae*, I, qu. 2. art. 3 u. *Compendium theologiae* (*seu Brevis compilatio theologiae ad fratrem Raynaldum*), I, 4. 2 f. Maiemonides … c. 1: vgl. M. Maimonides, *More Nebuchim*, lat. Ausg. u.d.T. *Doctor perplexorum*, hrsg. v. J. Buxtorf, Basel 1629, II, 1. 4–6 Sophoclis senarii … *μακρὰν*: *Theosophorum Graecorum Fragmenta. Textus thesaurorum minorum*, hrsg. v. H. Erbse, Stuttgart-Leipzig 1995, Corpus omega, Sect. 17 Σοφοκλέους; *Tragicorum Graecorum fragmenta*, hrsg. v. B. Snell, Bd 1, Göttingen 1971, Fragment 618. 4 Justinus: vgl. Justinus Martyr, (Pseudo-Justinus) *Cohortatio ad gentiles* (*Opera*, Paris 1615, S. 17 E–18 A) u. *De monarchia* (S. 104 C). 4 f. Athenagoras: vgl. Athenagoras, *Legatio pro Christianis*, cap. 5, 3. 5 Clemens: vgl. Clemens von Alexandria, *Protrepticus*, cap. 7, 74, 2 u. *Stromata*, V, 14, 113, 2. 5 Euseb: vgl. Eusebius von Caesarea, *Praeparatio evangelica*, XIII, 13, 40. 5 Cyrill: vgl. Cyrill von Alexandria, *Contra Julianum libri X*, I, 44. 5 Euseb. *Chron. Gr.* p. 13: vgl. J. J. Scaliger, *Thesaurus temporum. Eusebii chronicorum canonum omnimodae historiae libri duo, interprete Hieronymo. … Notae et castigationes … Isagogicorum chronologiae canonum libri tres*, hrsg. v. J. J. Scaliger, Leiden 1606, zum *Chronicon Graecum*, S. 13 u. Scaligers *Notae*, S. 250. 7–10 *omnia* … refert: vgl. Cicero, *De inventione rhetorica libri duo*, I, 34, 58 f., zitiert bei P. Abaëlard, *Introductio ad theologiam*, III, 2 (*Opera*, Paris 1616, S. 1006), nach heutiger Zählung *Theologia Scholarium*, III, 9; vgl. *Theologia christiana*, V, 9. 11 f. Athanasius … esse: vgl. Athanasius, *Contra gentiles*, cap. 38. 14 f. primam … multitudine: vgl. Sallustius, *De diis et mundo*, cap. 5 (hrsg. v. L. Allatius, Rom 1638, S. 52). 17 f. supervacanei … Deus: vgl. Edmund von Canterbury, *Speculum ecclesiae*, cap. 28 (*Bibliotheca veterum patrum et auctorum ecclesiasticorum*, Paris 1624, Bd 5, Sp. 786). 18 Id … cap. 5: vgl. Tertullian, *Adversus Marcionem*, I, 5.

[ad Tom. I, lib. I, cap. 4, 5] Et Anselmus Cant. c. 4. *Monolog.* summum est unum alioqui[.] (+ sola substantia singularis est completa +)

[ad Tom. I, lib. I, cap. 4, 7] Rich. de S. Victore lib. 2. *de Trin.* c. 6. divinitas est idem quod singularis Dei substantialitas (+ haecceitas [+]), ut in homine Danielitas[.]

[ad Tom. I, lib. I, cap. 5, 12] Dionys. Petav. *dogm. Theol.* Tom. 1. lib. 1. c. 5. artic. 12. citat Herennii philosophi Platonici graeci inediti Metaphysicam[:] in formis anteponendam neganti affirmationem, sed in eo quod supra formam est, ut idea, utendum est negatione, cum negatio habeat vim infinitam, nam non-homo magis infinitum est, quam homo[.]

[ad Tom. I, lib. I, cap. 6, 4] Plato in *Timaeo* paulo post initium distinguendum inter id quod semper est nec habet ortum et id quod semper gignitur et nunquam est. Quae verba declarans Numenius ait *τὸ ὂν esse ἀγένητον* et Dei naturam in eo sitam ut sit. Ipsam Essentiam seu id quod est, esse nomen incorporei. Et Plutarchus libro *de lit. Εἶ apud Delphos*. Nempe *Εἶ* id est *tu es*, proprie esse Dei. Caetera fluxa sunt ut fluvius de quo Heraclitus, *nos in eundem fluvium bis ingredi non posse*. Cyrillus 8. *contra Julianum* laudat tunc Plutarchi locum. Numenius Pythagoricus in libro *de bono* corpus non esse, nec stare[,] apud Euseb. 15[.] *praep.* p. 478. Eugubinus *de perenni phil.* lib. 3. c. 7. eos exhibet qui dixere, ipsum Ens et Deum esse idem.

[ad Tom. I, lib. I, cap. 6, 5] Deus apud Mosem Exod. 3, 14[.] cum quaereret Moses nomen Dei dixit *Ego sum qui sum*, vel potius Hebr. *Ero qui Ero*. De quo Maimonid. lib. 1. *More Neb.* c. 63. Et in Apocal. c. 1, 4. gratia ab eo qui est, erat venturus est.

---

1 summum … alioqui: vgl. ANSELM VON CANTERBURY, *Monologion*, cap. 4. 3 f. divinitas … Danielitas: vgl. RICHARDUS DE SANCTO VICTORE, *De trinitate*, vielmehr II, 12 (PL 196, Sp. 908). 6–8 in … homo: Die angebliche Metaphysik des Neuplatonikers Herennios ist vielmehr eine Zusammenstellung aus den Werken antiker Philosophen und aus Schriften von Georgios Pachymeres; die Erstedition eines Manuskriptes erfolgte 1604 durch S. Simonides: *Ἐχήγησις εἲς τὰ μετὰ τὰ φυσικά. Herenii Philosophi Enarratio in metaphysica*, [Zamość 1604]. Die von Petau angeführte Stelle stammt aus PROKLOS, *In Platonis Parmenidem*, lib. VI (*Procli philosophi opera inedita*, hrsg. v. V. Cousin, 2. Aufl. Paris 1864, Sp. 1072–1074). 9 f. Plato … nunquam est: vgl. PLATON, *Timaios*, 27 d. 11 f. Numenius … incorporei: vgl. NUMENIUS, *Fragmenta*, sect. I, fragm. 7, überliefert bei EUSEBIUS VON CAESAREA, *Praeparatio evangelica*, XI, 10, 9–11. 12–14 Plutarchus … posse: vgl. PLUTARCH, *De E apud Delphos*, 392 A-B, mit Verweis auf Heraklit (*Die Fragmente der Vorsokratiker*, hrsg. v. H. Diels u. W. Kranz, Bd 1, 6. Aufl. Berlin 1951, Heraclitus, *Testimonia*, 6, überliefert bei PLATON, *Cratylos*, 402 A). 14 Cyrillus … locum: vgl. CYRILL VON ALEXANDRIA, *Contra Julianum libri X*, VIII, 21. 14 f. Numenius … p. 478.: vgl. EUSEBIUS VON CAESAREA, *Praeparatio evangelica*, XV, 17, 5 f. (hrsg. v. R. Estienne d. Ält., Paris 1544, S. 478). 16 Eugubinus … idem: vgl. A. STEUCHUS EUGUBINUS, *De perenni philosophia libri X*, Lyon 1540 u. ö., III, 7. 18 *Ego sum qui sum*: 2. Mose (Exodus) 3, 14. 18 f. Maimonid. … c. 63: vgl. M. MAIMONIDES, *More Nebuchim*, lat. Ausg. u. d. T. *Doctor perplexorum*, hrsg. v. J. Buxtorf, Basel 1629, I, 63. 19 gratia … est: vgl. Offenbarung (Apocalypsis) 1, 4.

Philo *de deterioris invasione in id quod melius* est p. 124 Edit. Tur. *ὁ θεὸς μόνος ἐν τῷ εἶναι ἐφέστηκεν* Deus solus in essendo stat. Idem Dei nomen esse *ὁ ὢν de Abrahamo* p. 249. et lib. *de somniis* p. 407. et lib. *de vita Mosis* p. 418. Et ut idem scribit nihil de Deo comprehendimus nisi ipsum existere *lib. de immut. Dei* p. 204. et lib. *de praemiis et suppliciis* p. 628.

[ad Tom. I, lib. I, cap. 6, 6] Augustini extat brevis tractatus de illo Exodi *ego sum qui sum.* Tom. 6. opp.

[ad Tom. I, lib. I, cap. 6, 7] Damascenus lib. 4 c. 12. Dei *nominum maxime proprium Ens* [ . . . ] *totum enim in seipso comprehen*sum *habet esse velut quoddam Essentiae pelagus infinitum et interminatum.* Sed Dionysius omnium optime *Deus* [ . . . ] *non quodammodo* [ . . . ] *Ens* est *sed simpliciter ac non determinate totum in se esse complectens* … *Ante alias* ejus *participationes ipsum esse producitur ipsum per se esse antiquius* est, quam ipsissima vita, ipsi[ssi]ma sapientia.

[ad Tom. I, lib. I, cap. 6, 10] At contra Plotinus lib. 3. *Enn.* 5. c. 16. *ens essentiam, vitam, mentem* [ . . . ] *removet ab eo qui summus est*[.][6]

[ad Tom. I, lib. I, cap. 6, 11] Et Dionysius primo cap. lib. *de divinis nominibus* vocat *ὑπερούσιον ἀοριστίαν.* Et cap. 5. libri ejusdem[.]

[ad Tom. I, lib. I, cap. 7, 3] Eunomius apud Basil. (refutantem lib. 1. p. 12.[)]: cum conjuncta in re distinguimus, vel disjuncta copulamus id fieri dicebat solo verborum sono. Idem

---

[6] *Darüber notiert Leibniz*: idem alibi passim

19 idem alibi passim *erg. L*

---

1 Edit. Tur.: Die in diesem Absatz angeführten Seitenzahlen scheinen sich auf eine ursprünglich von A. Turnèbe erstellte Ausgabe der Werke Philos von Alexandria zu beziehen. Bis auf die erste Erwähnung, die zur Ausgabe Antwerpen 1614 passt (dort S. 124), lassen sich die Seitenzahlen bislang keiner Ausgabe zuordnen, auch nicht der von Petau selbst im »Indiculus Auctorum« angeführten Ausgabe der *Omnia Opera* (Paris 1640). 1 f. *ὁ … ἐφέστηκεν*: vgl. Philo von Alexandria, *Quod deterius potiori insidiari solet*, cap. 160 (*Opera*, Antwerpen 1614, S. 124). 2 Idem … p. 249.: vgl. Philo von Alexandria, *De Abrahamo*, cap. 121. 2 f. lib. … p. 407.: vgl. Philo von Alexandria, *De somniis*, I, 231. 3 lib. … p. 418.: vgl. Philo von Alexandria, *De vita Mosis*, I, 75. 3 f. nihil … p. 204.: vgl. Philo von Alexandria, *De immutabilitate Dei*, cap. 62. 4 lib. … p. 628.: vgl. Philo von Alexandria, *De praemiis et poenis*, 6, 39 f. 5 f. Augustini … opp.: vgl. Aurelius Augustinus, *Tractatus de eo quod dictum est a Deo ad Moysen, ego sum qui sum*, in *Opera*, Bd 6, Antwerpen 1576, S. 365–367 (*Sermones ad populum*, sermo 7; CCSL 41, S. 70–76). 7–9 Dei … *interminatum*: vgl. Johannes Damascenus, *Expositio fidei* (*De fide orthodoxa*), cap. 9 (*Opera omnia*, Basel 1575, S. 46 f., vielmehr I, 12). 9–12 *Deus* … sapientia: vgl. Dionysius Pseudo-Areopagita, *De divinis nominibus*, 5, 4–5. 13 f. *ens … est*: vgl. Plotin, *Enneades*, V, 3, 16. 15 f. Dionysius … ejusdem: vgl. Dionysius Pseudo-Areopagita, *De divinis nominibus*, 1, 5 u. 5, 8. 17 f. cum … sono: vgl. Basilius der Große, *Adversus Eunomium libri quinque*, lib. I, in *Opera omnia*, Paris 1618, Bd 2, S. 12 (PG 29, S. 520 f.).

Eunomius apud Basil. lib. 2. p. 66. putavit haec nomina nihil in Deo diversum significare, alioqui compositum fore[.]

[ad Tom. I, lib. I, cap. 7, 5] Adde Eunom. apud Greg. Nyssen. lib. 12. p. 301[.]

[ad Tom. I, lib. I, cap. 8, 2] Eadem defendebat Magister Eunomii Aetius in capitulis.

[ad Tom. I, lib. I, cap. 8, 3 sq.] At Gilbertus Porretanus putabat Essentiam ad proprietates prorsus, in re non sola mente differre. Erat Episcopus Pictaviensis[.] (+ Error Gilberti, quod abstractum pro re seu forma habuit, et ita putavit et ita posuit in Deo divinitatem, ut rem diversam, quae Deo conferat ut Deus sit, sed revera non sunt ⟨a – ⟩ nisi ⟨–⟩tes. +)

[ad Tom. I, lib. I, cap. 8, 8] Videntur Scotistae ad Porretanum inclinare et Nominales ad Eunomium.

[ad Tom. I, lib. I, cap. 9, 10] Cyrillus 31. Thes. p. 263 contra Eunomianos accidentia proprie non esse in Deo, non omnia tamen quae dicuntur substantiam significare, sed modo videndi accidentia esse.

[ad Tom. I, lib. I, cap. 10, 1] Ephrem apud Photium ex Cyrillo cod. [229.] p. 410[.] naturam animae et corporis solis cogitationibus distingui, non deorsum poni, credo intellexit: divelli.

[ad Tom. I, lib. I, cap. 10, 2] Gregor. Thaumaturgus apud Basil. 62[.] scripserat: *Patrem et filium cogitatione quidem esse duos hypostasi vero unum.*

[ad Tom. I, lib. I, cap. 10, 3] Maxentius *contra Acephalos* Tom. 4. *Bibl. pp.* col. 461[.] *patrem et fil. et sp. s. non reipsa sed cognitione tantum ab invicem discerni*[.]

[ad Tom. I, lib. I, cap. 12, 1–5] Barlaamus et Acyndynus contra Georgium Palamum et alios disputabant, distentes οὐσίαν et ἐνέργειαν[.]

14 220. *L ändert Hrsg. nach Petau*

1 f. haec … fore: vgl. Basilius der Große, *Adversus Eunomium libri quinque*, lib. II, in *Opera omnia*, Paris 1618, Bd 2, S. 66 (PG 29, S. 629). 3 Eunom. … p. 301: vgl. Gregor von Nyssa, *Contra Eunomium*, II, 1, 23 (*Opera omnia*, Paris 1615, Bd 2, oratio 12, S. 301). 4 Eadem … capitulis: Der Brief des Aëtius an seine Anhänger ist nur bei Epiphanius von Salamis, *Adversus LXXX haereses opus, quod Panarium sive Arcula inscribitur*, cap. 76, 1–2 überliefert. 5 f. Essentiam … differre: vgl. Bernhard von Clairvaux, *Sermones super Cantica canticorum*, sermo 80, zu Gilbert von Poitiers' Boethiuskommentar. 11–13 accidentia … accidentia esse: vgl. Cyrill von Alexandria, *Thesaurus de sancta consubstantiali trinitate*, assertio 31, in *Opera*, Paris 1638, Bd 5, 1, S. 263 (PG 75, Sp. 445). 14 f. naturam … poni: vgl. Ephraem bei Photius von Konstantinopel, *Βιβλιοθηκη*, cod. 229 (hrsg. v. D. Hoeschel, Augsburg 1601, S. 410). 17 f. *Patrem … unum*: vgl. Basilius der Große, *Epistulae*, ep. 210, 5. (*Opera*, Paris 1618, Bd 2, vielmehr ep. 64, S. 849 B, Fehlzuweisung bereits bei Petau). 20 *patrem … discerni*: vgl. Johannes Maxentius, *Responsio contra acephalos*, cap. 5 (*Bibliotheca veterum patrum et auctorum ecclesiasticorum*, Paris 1624, Bd 4, Tl 1, Sp. 461 B).

3r De[7] Dei scientia, voluntate et potentia

[ad Tom. I, lib. II, cap. 1, 4] Deum corporeum esse [diserte] Melito apud Theodoretum quaest. 20. in Exod.

[ad Tom. I, lib. II, cap. 1, 5] Tertullianus lib. *contra Praxeam* cap. 7[.] et alibi passim.

[ad Tom. I, lib. II, cap. 1, 7] Methodius apud Photium cod. 234[.] sub finem animas hominum νοερὰ σώματα dixit[.] Videntur corpus pro substantia accepisse[.]

[ad Tom. I, lib. II, cap. 3, 6] Non quidem gignitur divinitas, falsa tamen est Calvini et Autotheitarum sententia filium non qua Deum sed qua filium esse genitum[.]

[ad Tom. I, lib. IV, cap. 1, 7] Didymus in *Enarratione Ep.* Canon. Johannis c. 3. Tom. 9. *Bibl. pp.* Trinitatis scientiam esse substantialem, creaturarum vero esse habitum recipientem majus et minus, et Joh. Dam. lib. 1. *de fide* c. 18[.], de scientia Dei et aliis proprietatibus, non esse in Deo ut habitus neque enim mutari[.]

Maximi Scholia in Dionys. *de divinibus nominibus* et in *Myst. Theol*[.]

[ad Tom. I, lib. IV, cap. 2, 1 sq.] Deus res ex se cognoscit quia fecit[,] Plotinus *Enn.* 5. lib. 9. c. 5. addit et hanc rationem, quod qui sub sensus cadunt sunt solum Entium simulacra[,] sic ergo Deus non cognoscit.

[ad Tom. I, lib. IV, cap. 2, 2] Alcinous lib. *de dogm. Plat.* Deus res in se videt quia praestantissimum et intelligibile propositum[.]

[ad Tom. I, lib. IV, cap. 2, 3] Dan. 13. 42. *qui novit omnia antequam fiant*[.]

---

[7] *Am Kopf der Seite vermerkt Leibniz*: Scheda 2

2 dixere *L ändert Hrsg.*

---

2 f. Deum … Exod.: vgl. Theodoretus, *Quaestiones in Octateuchum*, vielmehr in Genesin (Fehlzuweisung bereits bei Petau), qu. 20 mit der Kommentierung durch Origines (*Opera omnia*, Paris 1642, Bd 1, S. 21). 4 Tertullianus … cap. 7[.]: vgl. Tertullian (Qu. Septimius Florens Tertullianus), *Adversus Praxean*, cap. 7. 4 et alibi passim: vgl. Tertullian (Qu. Septimius Florens Tertullianus), *Adversus Hermogenum*, cap. 35 u. *De carne Christi*, cap. 11. 5 f. animas … dixit: vgl. Methodius bei Photius von Konstantinopel, *Βιβλιοθηκη*, cod. 234. 10 f. Trinitatis … minus: vgl. Didymus, *In Epistolam divi Joannis primam, enarratio*, cap. 3 (*Bibliotheca veterum patrum et auctorum ecclesiasticorum*, Paris 1624, Bd 9, Sp. 74 E). 11 f. de … mutari: vgl. Johannes Damascenus, *Expositio fidei* (*De fide orthodoxa)*, cap. 13 (*Opera omnia*, Basel 1575, S. 60, I, 18). 13 Maximi … *Myst. Theol*[.]: vgl. Maximus' Scholia zu Dionysius Pseudo-Areopagita, *De divinis nominibus*, cap. 5, überliefert bei Johannes von Skythopolis, *Prologus et scholia in librum De divinis nominibus*, u. Maximus Confessor, *Mystagogia*. 14–16 Plotinus … cognoscit: vgl. Plotin, *Enneades*, V, 9, 5. 17 f. Deus … propositum: vgl. Albinus (Alcinous), *Epitome doctrinae Platonicae sive Διδασκαλικός*, cap. 10, 3. 19 *qui … fiant*: vgl. Daniel 13, 42.

[ad Tom. I, lib. IV, cap. 2, 4] Dionys. lib. *de Mystica Theol.* c. 5[.] Deum non nosse entia ut Entia sunt[.]

[ad Tom. I, lib. IV, cap. 2, 4] Maximus apud Euthymium part. 1. tit. 3. Deus res cognoscit tanquam proprias voluntates, *θελήματα* hoc est quod scholae hodie *decreta* vocant[.]

[ad Tom. I, lib. IV, cap. 2, 5] Augustinus lib. 11[.] *civ. Dei* c. 7[.] cognitionem creaturarum in Deo matutinam, in rebus respectivam[,] in Deo scil. tanquam in arte qua res facta est. Et c. 9. de angelis eos creaturas melius *in sapientia Dei tanquam in arte qua facta est* cognoscere; *et seipsos* [ . . . ] *melius* in Deo *quam in seipsis*, [ . . . ] *omnia* [ . . . ] *aliter in verbo Dei cognoscuntur ab angelis ubi habent causas rationesque* et lib. 6. *de Trin.* c. 10. verbum Dei novit artem omnipotentis et sapientis Dei[.]

[ad Tom. I, lib. IV, cap. 2, 6] Anselmus in *Monolog.* c. 24. res verius cognosci in verbo[.]

[ad Tom. I, lib. IV, cap. 2, 6] Psellus in libro quaestionum nondum edito q. 78. *Deum non sic res cognoscere quomodo sunt in seipsis sed quomodo est ipse secundum substantiam.* Sed ne quis putet Deum res ita imperfecte cognoscere[,] rem distincte explicat Thomas 1. part. q. 14. artic. 6. ad. 1. Deum res cognoscere secundum esse intelligibile, et tum secundum propriam naturam[.]

[ad Tom. I, lib. IV, cap. 2, 7] Dionys. *div. nom.* c. 7. *ὂν κατ’ ἰδέαν ἑκάστοις ἐπιβάλλων* non secundum speciem rebus intentus, hoc Dionys. Petav. tom. 1. lib. 4. c. 2. artic. 7. suspectum et forte legendum *κατ’ ἰδίαν* quod est *singillatim*, mox tamen c. 4. artic. 6. lectionem retinet.

[ad Tom. I, lib. IV, cap. 2, 8] Augustinus lib. 15. *de Trin.* c. 14. *sciunt ergo invicem pater et filius, sed ille gignendo ille nascendo*[.]

---

1 f. Deum ... sunt: vgl. DIONYSIUS PSEUDO-AREOPAGITA, *De mystica theologia*, cap. 5. 3 f. Deus ... vocant: vgl. EUTHYMIUS ZIGABENUS, *Panoplia dogmatica ad Alexium Comnenum*, cap. 3 (PG 130, Sp. 149). 5 f. cognitionem ... est: vgl. AURELIUS AUGUSTINUS, *De civitate Dei libri XXII*, XI, 7. 7–9 c. [2]9. ... *rationesque*: vgl. AURELIUS AUGUSTINUS, *De civitate Dei libri XXII*, XI, 29. 9 f. verbum ... sapientis Dei: vgl. AURELIUS AUGUSTINUS, *De trinitate libri XV*, VI, 10. 11 res ... verbo: vgl. ANSELM VON CANTERBURY, *Monologion*, cap. 36 (*Opera*, Köln 1612, Bd 3, S. 13D-14A, cap. 34–35, Fehlzuweisung bereits bei Petau). 12 f. *Deus ... substantiam*: vgl. M. PSELLUS, *De omnifaria doctrina*, cap. 17 (Erstdruck in *Bibliotheca Graeca*, hrsg. v. J. A. Fabricius, Bd V, Hamburg 1712, Tl 3, S. 82, dort cap. 16). 15 f. Deum ... naturam: vgl. THOMAS VON AQUIN, *Summa theologiae*, I, qu. 14, art. 6, resp. ad arg. 1. 17–19 *ὂν* ... retinet: vgl. DIONYSIUS PSEUDO-AREOPAGITA, *De divinis nominibus*, 7, 2; zur Lesart *κατ’ ἰδέαν* anstelle von *κατ’ ἰδίαν* vgl. ferner Petaus Ausführungen in lib. IV, cap. 4, 6 (Bd 1, S. 261 f.). 20 f. *sciunt ... nascendo*: AURELIUS AUGUSTINUS, *De trinitate libri XV*, XV, 14.

[ad Tom. I, lib. IV, cap. 2, 8 sq.] Ammonius[8] in Arist. *de interpret.* Deos omnia praeterita praes. fut. cognoscere una immutabili cognitione, quia immutabile prius mutato. Deos autem habere principii rationem. Philo lib. *de immutabilitate Dei.*

[ad Tom. I, lib. IV, cap. 2, 12] Dionys. lib. *de div. nom.* c. 7. ideo λόγος dictum putat *quod causas omnium uniformiter anteciparit.*

[ad Tom. I, lib. IV, cap. 3, 1] Arist. in 2. *magn. moralium. Qui seipse contemplatur tanquam stupidus arguitur*[,] hoc eis opponit, qui dicunt Deum non nisi se contemplari[.]

[ad Tom. I, lib. IV, cap. 3, 4] Ideae Platonis non sint singularum. Ergo si Deus res ideis solum cognosceret, non intelligeret omnia singulatim. Et tamen Plato lib. 10. *de legibus* Deum etiam ad minima descendere[.]

[ad Tom. I, lib. IV, cap. 3, 5] Hieron. *Com. ad Habaccuc* cap. 1. *absurdum ad hoc* deducere Dei *majestatem, ut sciat per momenta singula quot nascantur culices* quot *moriantur, quae cimicum et pulicum et muscarum sit in terra multitudo, quanti pisces in aqua natent, et qui de minoribus majorum praedae cedere debeant*[.]

[ad Tom. I, lib. IV, cap. 3, 8] August. 12[.] *civ. Dei* c. 18. *omnis infinitas quodam ineffabili modo Deo finita est*[.]

[ad Tom. I, lib. IV, cap. 4, 4] Marius Victor[.] initio lib. 1. Cosmopoeiae: *quicquid tempora volvunt Praesens semper habet*[.]

[ad Tom. I, lib. IV, cap. 6, 1] Cic. in 2. *de divinatione. Nihil* esse *tam contrarium rationi* [ . . . ] *quam fortunam, ut mihi* (inquit) videatur *ne in Deum quidem cadere* quod casu futurum est[.]

[ad Tom. I, lib. IV, cap. 7, 2] Augustin. lib. 5. *de C. d.* c. 9. et 10. contra Ciceronem disputat, qui putabat data praescientia non esse libertatem, *Non esse consequens* inquit, *ut si Deo certus* sit *omnium ordo causarum, ideo nihil* sit *in nostrae voluntatis arbitrio. Et ipsae*

[8] *Am Rand vermerkt Leibniz*: Ammonius scit Pa[r]menidem hoc versibus dixisse

2 mutato. (*1*) In Deo autem rationes (*2*) Deos *L* 4 ideo ... quod *erg. L*

1–3 Ammonius ... rationem: vgl. Ammonius, *In Aristotelis de interpretatione commentarius*, zu Aristoteles, *De interpretatione*, cap. 9, 18 a 28–33 (*Commentaria in Aristotelem Graeca*, Bd IV/5, Berlin 1897, S. 136). 3 Philo ... *Dei*: Philo von Alexandria, *De immutabilitate Dei.* 4 f. ideo ... *anteciparit*: vgl. Dionysius Pseudo-Areopagita, *De divinis nominibus*, 7, 4. 6 f. *Qui* ... contemplari: vgl. Aristoteles, *Magna moralia*, II, 15, 4–5, 1212 b 38–1213 a 7. 9 f. Deum ... descendere: vgl. Platon, *De legibus*, lib. X, 901d u. 902e-903a. 11–14 *absurdum* ... *debeant*: vgl. Hieronymus, *Commentarii in prophetas minores*, in Abacuc, lib. 1, zu Habakuk 1, 13 f. 15 f. *omnis* ... *est*: Aurelius Augustinus, *De civitate Dei libri XXII*, XII, 19 (*Opera*, Bd 2, Antwerpen 1576, XII, 18). 17 f. *quicquid* ... *habet*: vgl. Cl. M. Victorius, *Alethia*, I, 12 f. 19–21 *Nihil* ... est: vgl. Cicero, *De divinatione*, II, 18. 23 – S. 417512.2 *Non* ... *praescivit*: vgl. Aurelius Augustinus, *De civitate Dei libri XXII*, V, 9 f.

*quippe nostrae voluntates in causarum ordine sunt.* Idem Augustinus: *non ideo peccat homo quia Deus eum peccaturum praescivit.* (+ sed supra dicebatur in Deo esse causas rerum, et hinc eum res cognoscere +)

[ad Tom. I, lib. IV, cap. 7, 1] Necessitas est conditionalis. Est cras necesse peccare Petrum, quia id Deus praescivit[,] quae necessitas vulgo consequens appellari solet et in sensu composito; sicut altera simplex, absolutum, antecedens, divisa seu in sensu diviso[.]

[ad Tom. I, lib. IV, cap. 7, 6] Anselmus lib. *de concordia praescientiae Dei cum libertate*[.]

[ad Tom. I, lib. IV, cap. 7, 10] Boetius lib. 5. de *consol. philosophiae* secum loquenti objicit: *praeposterum est ut aeternae praescientiae temporalium rerum eventus causa esse dicatur*. Respondit philosophia Deum omnia simul complecti futura et praeterita[,] ita nihil debere posterioribus. Non satis ⟨argumenti⟩ habet[.] Scientia simplicis intelligentiae omnia ordinat[,] scientia visionis ad existentiam respectum habet[.]

[ad Tom. I, lib. IV, cap. 7, 11] Anselmus in *Monolog.* c. 17. *impossibile est vel cogitare quod veritas principium vel finem habeat*. [ . . . ] *Cogitet* inquit *qui potest, quando incepit aut* [ . . . ] *non fuit* [ . . . ] *verum*: aliquid futurum esse imo eleganter probat: quia veritas futura sit, jam esse, eo ipso quod nunc dicatur veritas futura. Et eodem argumento si fuit, id hoc esse. Idem plenius in dialogo *de veritate*[.]

*3v* [ad Tom. I, lib. IV, cap. 8, inscriptio] De iis quae futura sunt certa conditione posita

[ad Tom. I, lib. IV, cap. 8, 3 sq.] Gregor. Nyssenus in *oratione de infantibus* Tom. 2. p. 764[.] Deum prospicere quid futurum esset, si infans longius aetatem duceret[.] Multa talia loca cumulavit Ruiz *lib. de scientia Dei*[.]

[ad Tom. I, lib. IV, cap. 8, 6 sq.] Et Gregor. M. lib. 33. *Moral.* c. 17. *mira potentia praevidet, quod si quieti ac liberi in tranquillitate persisterent tentationes ferre adversarii non valentes mentis prostrati vulneribus jacerent*, et ideo Deum permittere justos vexari[.]

12 Non … habet *erg. L*

7 f. Anselmus … *libertate*: Anselm von Canterbury, *De concordia praescientiae et praedestinationis et gratiae dei cum libero arbitrio.* 10–12 *praeposterum* … posterioribus: Boethius, *De consolatione Philosophiae libri V*, lib. V, prosa, 3, 15. 14–18 *impossibile* … *veritate*: vgl. Anselm von Canterbury, *Monologion*, cap. 18 (*Opera omnia*, Köln 1612, Bd 3, cap. 17) u. *De veritate*, cap. 1. 19 futura sunt: bei Petau: futura erant. 21 Deum … duceret: vgl. Gregor von Nyssa, *De iis qui praemature abripiuntur* (*Opera omnia*, Paris 1615, Bd 2, S. 764 f.). 21 f. Multa … *Dei*: D. Ruiz De Montoya, *Commentarii ac disputationes de scienta, de ideis, de veritate, ac de vita Dei ad primam partem Sancti Thomae; a quaestione 14. usque ad 18*, Paris 1629. 23–25 *mira* … vexari: vgl. Gregor der Große, *Moralia in Job*, XXXIII, 19.

Pelagianorum erat commentum illas *parvulorum animas sine baptismo ex hac vita subtrahi, quas praescivit*[,] *si ad aetatem pervenissent in qua libero uterentur arbitrio, male fuisse victuras*. Contra quod respondet Augustinus in lib. primo *de Anima et ejus origine ad Renatum* c. 12. exinaniri praescientiam, si praescitur, quod futurum non est. Non puniri peccata quae nulla sunt, videtur [loqui] de absoluta praescientia. Similiter negat talem praescientiam Fulgentius lib. *de veritate praedestinationis*, similiter interpretandus[.]

[ad Tom. I, lib. IV, cap. 9, 9] Eustratius initio cap. 4. lib. 1. *ad Nicom.* universale de ideis non dici ut in logicis contemplationibus, neque enim esse in multis, ut posterius, sed ante multa[.]

[ad Tom. I, lib. IV, cap. 10, 1] Georgius Palamas *ἐνεργείας* quasdam in Deo ab aeterno residentes, a Deo diversas posuit, ut Platonis ideas.

[ad Tom. I, lib. IV, cap. 11, 4] Dionys. 5. *de divinis nominibus* p. 354. *εἶ δὲ ὁ φιλόσοφος ἀξιοῖ Κλήμης καὶ πρός τι παραδείγματα λέγεσθαι τὰ ἐν τοῖς οὖσιν ἀρχηγικώτερα* exemplaria ad ea referri in Entibus primaria[.]

Maximus et Georgius Pachymeres interpretes putant intelligi Clementem Romanum pontificem[.] (+ Ego puto intelligi Alexandrinum[,] nempe ipsi praeconceptam opinionem habuere de Dionys. Areopagita +)

[ad Tom. I, lib. V, cap. 2, 1] De liberi arbitrii natura ex instituto Nemesius lib. *de natura hominis* aliquot capitibus, [ad cap. 2, 4] Joh. Damascenus in *Isagoge dogmatum* cap. *de voluntate*. Anselmus lib. *de concordia lib. Arb. cum praescientia et praedestinatione Dei*, [ad cap. 2, 5] Bernardus omnium luculentissime lib. *de gratia et lib. arb.*

19 Damascenus (*1*) , Anselmus, Bernardus (*2*) in *L*

1–5 Pelagianorum ... praescientia: vgl. Aurelius Augustinus, *De anima et ejus origine*, I, 12, 15. 5 f. Similiter ... interpretandus: vgl. Fulgentius Ruspensis, *De veritate praedestinationis et gratiae Dei*, I, 15. 7–9 universale ... multa: vgl. Eustratius von Nicaea, *In Aristotelis ethica Nicomachea commentaria*, I, 4 zu 1096 a 10–13 (Venedig 1536, fol. 10 v°; *Eustratii et Michaelis et anonyma in ethica Nicomachea commentaria*, hrsg. v. G. Heylbut, Berlin 1892, S. 40; Commentaria in Aristotelem Graeca, Bd 20). 10 f. *ἐνεργείας* ... ideas: vgl. etwa Gregorius Palamas in *Acta Conciliorum, Concilium Constantinopolitanum (anno 1351)*, sectio 9 (*Corpus Christianorum Conciliorum Oecumenicorum Generaliumque Decreta* (CCCOGD), Bd IV, 1, Turnhout 2016), ferner D. Petau, Tom. I, lib. I, cap. 12 sq. zum Palamismus. 12–16 *εἶ* ... pontificem: vgl. Dionysius Pseudo-Areopagita, *De divinis nominibus*, cap. 5, 9 (*Opera quae extant*, Paris 1562, Bd 1, S. 354) mit den Scholien vom Maximus (PG 4, Sp. 329) u. Georgius Pachymeres (PG 3, Sp. 848 f.). 18 f. Nemesius... capitibus: vgl. Nemesius Emesenus, *De natura hominis*. 19 f. Joh. Damascenus ... voluntate: vgl. Johannes Damascenus, *Institutio elementaris* (*Εἰσαγωγὴ δογμάτων*), cap. 10. 20 Anselmus ... *Dei*: vgl. Anselm von Canterbury, *De concordia praescientiae et praedestinationis et gratiae dei cum libero arbitrio*. 21 Bernardus ... *arb.*: vgl. Bernhard von Clairvaux, *Liber de gratia et de libero arbitrio*, cap. 3–4.

[ad Tom. I, lib. V, cap. 2, 5] Videatur Theophili Raynaud. liber *de nova libertatis explicatione*[.] Definit Anselmus libertatem: *potestatem servandi rectitudinem voluntatis propter ipsam rectitudinem*[.]

[ad Tom. I, lib. V, cap. 3, 6] Dionys. Petavius lib. 5. *de Deo* cap. 3. artic. 6[.] potestatem peccandi esse perfectionem quandam et ad hoc citat Titum Bostrensem antiquum scriptorem qui temporibus Constantii et Juliani vixit, qui Tom. 4. *Bibl. pp.* col. 902. Habere hominem *potestatem nequitiae*, *non ut eam operetur, sed ut non operans eam optimus appareat.* (+ Hic nodus: si perfectio est, etiam in Deo foret. Mea explicatio optime solvit. Nam in Deo demonstrari potest non posse agere mala, in homine res demonstrari non potest, potest ne ab angelo quidem. Ergo potest peccare[,] in⟨versim⟩ hoc nollem dicere perfectionem +)

[ad Tom. I, lib. V, cap. 4, 5] Joh. Damascenus in Deo non esse consultationem βουλήσιν, id enim esse ignorantiae proprium lib. 2. c. 22.[,] sed recte S. Thomas esse tamen in Deo electionem[,] in 2. 2[.] qu. 14. art. 1. ad 2[.]

[ad Tom. I, lib. V, cap. 4, 5] Deus necessitate non facit quae facit, Aug. lib. *de natura et gratia* cap. 7. Est tamen in Deo beata necessitas qua Deus injustus non potest esse. Idem August. lib. 1. *contra Julian. op. imperf.* p. 150[.]

[ad Tom. I, lib. V, cap. 4, 8] Bernard. in lib. *de gratia et lib. arbitr.*: libertas a necessitate aeque et indifferenter universaeque tam bonae quam malae rationali convenit naturae[.]

[ad Tom. I, lib. V, cap. 4, 10] Hieron. in *Ep. ad Philem.* c. 1. vers. 14[.] Deus *bonus est quia vult, non quia cogitur* Interpretandum: bonus est quia vult, id est bene agit, quia vult[.]

9 potest, (*1*) ideo (*2*) potest *L* 10 peccare (*1*) +) (*2*) [,] in⟨versim⟩ *L* 19 in *Ep. ad Philem.* *erg. L*

1 f. Theophili … *explicatione*: vgl. TH. RAYNAUD, *Nova libertatis explicatio*, Paris 1632, pars I, cap. 8, 8, S. 190 f. 2 f. *potestatem … rectitudinem*: ANSELM VON CANTERBURY, *De concordia praescientiae et praedestinationis et gratiae dei cum libero arbitrio*, quaest. 1, cap. 6 u. *De libertate arbitrii*, cap. 3. 5–7 Titum … *appareat*: vgl. TITUS BOSTRENSIS, *Adversus Manichaeos*, lib. II (*Bibliotheca veterum patrum et auctorum ecclesiasticorum*, Paris 1624, Bd 4, Tl 2, Sp. 902). 11 f. Joh. Damascenus … proprium: vgl. JOHANNES DAMASCENUS, *Expositio fidei* (*De fide orthodoxa)*, cap. 36 (*Opera omnia*, Basel 1575, S. 141 f., II, 22). 12 f. S. Thomas … electionem: vgl. THOMAS VON AQUIN, *Summa theologiae*, vielmehr II, 1, qu. 14, art. 1, resp. ad arg. 2, Fehlzuweisung bereits bei Petau. 14 Deus … facit: vgl. EUODIUS UZALIENSIS, *De fide contra Manichaeos*, cap. 27 (früher Augustinus zugeschrieben). 14 f. Aug. … esse: vgl. AURELIUS AUGUSTINUS, *De natura et gratia, contra Pelagium, ad Timasium et Jacobum liber unus*, cap. 7. 15 f. Idem … p. 150: vgl. AURELIUS AUGUSTINUS, *Contra Julianum opus imperfectum* I, 100 (*Contra Secundam Juliani Responsionem, Operis imperfecti libri duo priores*, hrsg. v. Cl. Menard, Paris 1617, S. 150). 17 f. libertas … naturae: vgl. BERNHARD VON CLAIRVAUX, *Liber de gratia et de libero arbitrio*, cap. 9. 19 f. Deus … *cogitur*: vgl. HIERONYMUS, *Commentarii in epistulas Paulinas*, Ad Philemonem, v. 14.

[ad Tom. I, lib. V, cap. 4, 14] Bene Thomas in primo *contra gentiles* c. 82. seq. habitudinem Dei ad se esse necessariam et naturalem, ad alia non esse necessariam nec violentam, sed voluntariam[.]

[ad Tom. I, lib. V, cap. 5, 5] Origines ut [ex] *Epistola Pasc*[*h*]*ali 1*[ma] Theophili Alex. colligitur, dixit *tanta posse Deum quantum ei ad operandum materia ministrarit*. Idem *negabat majora potuisse facere* Deum *quam fecit*[.]

Petrus Abaelardus *id solum posse facere Deum* aliquando sensit *quod quandoque facit*, lib. 3. *introd.* c. 5. p. 1114.

Joh. Wiclev apud Th. Waldens. in *prol.* lib. 1. et Calvinus nonnullorum opinione lib. 2. *inst.* c. 7. nu. 5. visi dicere, Deum nil posse amplius quam quod fecit futuraque pronuntiavit nam absolutam Dei potentiam commentum vocat. Guil. Parisiensis putavit plures Mundos a Deo creari non posse, non vitio omnipotentis sed quia plures esse nequeunt[.] Sed ad hoc Petavius lib. 5. *de Deo* cap. 5. artic. 5. *hoc et id genus alia non esse temere asserenda etsi salva pietate dicerentur.*

[ad Tom. I, lib. V, cap. 6, 1 sq.] Veteribus tamen usitatum dicere: Deum velle quicquid potest[.] Albin. Flaccus lib. 2. *de Trin.* c. 13. potentiam Dei esse voluntatem[.] Fulgentius lib. 3. *ad Trasimundum*: *Deo tantum posse quantum velle, tantum velle quantum posse*. Et lib. 1. *ad Monim.* c. 12. *quicquid vult potest, qui quantum vult tantum potest* et *tantam ibi esse virtutem voluntatis, quanta est voluntas ipsa virtutis.*

*4*[r] Damascen. l. *de fide* c. 18. *Inaccessa* inquit, *virtus, nulla mensura cognita, sed quam voluntas sola metitur. Omnia enim quaecunque vult potest*[.]

2 alia (*1*) esse voluntariam, n (*2*) non *L*   4 ex *erg. Hrsg. nach Petau*

1–3 habitudinem … voluntariam: vgl. Thomas von Aquin, *Summa contra gentiles*, I, 82, 12. 5 f. *tanta … fecit*: vgl. Origenes, zitiert bei Theophilus Alexandrinus, *Epistolae paschales*, erster (heute: zweiter) Osterbrief, überliefert in der lateinischen Übersetzung von Hieronymus in den *Epistulae ad Hieronymum et scripta variorum auctorum*, ep. 98, 18 (Epistola Paschalis Theophili, Alexandrini urbis episcopi; CSEL 55, S. 203; PL 22, Sp. 807). 7 *id … facit*: vgl. P. Abaëlard, *Introductio ad theologiam*, III, 5 (*Opera*, Paris 1616, S. 1114 f.), nach heutiger Zählung *Theologia Scholarium*, III, 33; vgl. *Theologia christiana*, V, 35. 9–11 Joh. Wiclev … vocat: vgl. Thomas Waldensis, *Doctrinale antiquitatum fidei ecclesiae catholicae III tomis distinctum*, Venedig 1571, Bd 1, S. 10–12. 9–11 Calvinus … vocat: vgl. J. Calvin, *Institutio christianae religionis*, Genf 1559 u. ö., II, 7, 5. 11 f. Guil. Parisiensis … nequeunt: vgl. Guillaume d'Auvergne (Guillelmus Parisiensis), *De universo*, partis primae principalis pars prima, cap. 16 (*Opera omnia*, hrsg. v. J. D. Trajanus, Venedig 1591, Bd 1, S. 578; hrsg. v. Fr. Hotot, Paris 1674, Bd 1, S. 611). 16 Albin. Flaccus … voluntatem: vgl. Alkuin (Albinus), *De fide sanctae trinitatis et de incarnatione Christi* (*De fide sanctae et individuae trinitatis*), II, 13. 17 *Deo … posse*: Fulgentius Ruspensis, *Ad Trasamundum libri III*, III, 23. 18 f. *quicquid … virtutis*: Fulgentius Ruspensis, *Ad Monimum libri III*, I, 12. 20 f. *Inaccessa … potest*: vgl. Johannes Damascenus, *Expositio fidei* (*De fide orthodoxa*), cap. 8 (*Opera omnia*, Basel 1575, S. 23, I, 8, Fehlzuweisung bereits bei Petau).

Athenagoras lib. *de resurrect.* p. 49. *resurrectionem corporum neque* [ . . . ] *non posse Deum neque non velle. Non nolle autem* sic *probat quia quod non vult, vel quia* injustum est *non vult, vel quia est indignum* (+ commodus sensus, id est quia non optimum +). Et postea p. 50. *Id quod possibile est voluntarium esse, et quod voluntarium est possibile esse*. Et Gregor. Nyss. in *libro catechetico* c. 1. Tom. 2. p. 479[.] *id*[9] *illum omne velle quod bonum est, volentem autem plane etiam posse, cum vero possit non inefficacem esse, sed omne boni propositum, ad effectum producere. Porro bonum* [ . . . ] *est mundus, et quae in eo sapienter ingenioseque contemplamur*.

Hieron. in c. 4. Daniel. ad v. 32. cum Nabuchodonosor dixit *juxta voluntatem enim suam facit . . . et non est . . . qui dicat ei quare fecisti*, annotat: *Et hoc loquitur quasi homo seculi, non enim quod vult* [ . . . ] *facit, sed quod bonum est hoc vult Deus. Nabuchodonosor autem sic locutus est, ut dum potentiam Dei praedicat justitiam ejus videatur arguere quod immerito poenas sustinuerit*[.]

[ad Tom. I, lib. V, cap. 6, 3] Quae verba Hieronymi sic explanat Abaelardus lib. 3[.] *introd. Theol.* c. 5. *Non ita, ut aestimat Nabuchodonosor operatur Deus, more videlicet eorum qui in his, quae faciunt non tam quod bonum est attendunt, quam ut suae satisfaciant voluntati qualiscunque ea sit, de qualibus scriptum est. Hoc volo, sic jubeo, sit pro ratione voluntas*. Ubi addit Petavius lib. 5. *de Deo* cap. 6. artic. 3. *recte id quidem Abaelardus. Etenim* id *unum contendit Hieronymus non Tyrannorum more quicquid libitum est statuere Deum, nullo aequi vel iniqui discrimine, sed pro cujusque meritis bona vel mala dispensare*[.]

[ad Tom. I, lib. V, cap. 6, 4] Tertullianus lib. *de carne Christi* cap. 3. *Deo nihil impossibile nisi quod non vult*[.]

Gregor. Nyss. in *Hexam.* Tom. 1. pag. 6. *in divina natura concurrit cum voluntate potentia, ac mensura potentiae Dei est voluntas*.

---

[9] *Am Rand vermerkt Leibniz*: NB.

4 p. 50. *erg. L* 9 cum (*1*) Daniel | (*2*) Nabuchodonosor *ers.* | *L*

---

1–3 *resurrectionem . . . indignum*: Athenagoras, *De resurrectione mortuorum*, cap. 9, 2 (in *Justini philosophi et martyris opera*, Paris 1615, Tl 2, S. 49 B). 4 *Id . . . esse*: Athenagoras, *De resurrectione mortuum*, cap. 11, 2 (*Justini philosophi et martyris opera*, Paris 1615, Tl 2, S. 50 C). 5–8 *id . . . contemplamur*: vgl. Gregor von Nyssa, *Oratio catechetica magna*, cap. 1 (*Opera omnia*, Paris 1615, Bd 2, S. 479). 9–13 *juxta . . . sustinuerit*: Hieronymus, *Commentarii in Danielem*, I, 4, zu Daniel 4, 34. 15–17 *Non . . . voluntas*: vgl. P. Abaëlard, *Introductio ad theologiam*, III, 5 (*Opera*, Paris 1616, S. 1114), nach heutiger Zählung *Theologia Scholarium*, III, 33; vgl. *Theologia christiana*, V, 35. 21 f. *Deo . . . vult*: Tertullian (Qu. Septimius Florens Tertullianus), *De carne Christi*, cap. 3. 23 f. *in . . . voluntas*: vgl. Gregor von Nyssa, *Apologia in hexaemeron* (*Opera omnia*, Paris 1615, Bd 1, S. 6; PG 44, Sp. 69).

Hieron. in *dial. contra Pelagianos inter Diodorum*, inquit, *et Chrysippum* vio*lentissimos* (ℌ) *dialecticos περὶ ἀδυνάτων* [ . . . ] *contentio est. Diodorus id solum posse* [*fieri*] *dicit, quod aut sit verum aut verum futurum sit et quicquid futurum sit* [ . . . ] *fieri necesse esse, quicquid autem non sit futurum, id fieri non posse. Chrysippus vero et quae non sunt futura posse fieri dicit, ut frangi hoc Margaritum, etiamsi id nunquam futurum sit. Qui ergo ajunt hominem posse esse absque peccato si velit, non poterant hoc verum probare nisi futurum docuerint*[.] (+ Ergo est pro Diodoro [+]) *Cum autem* [*futura in*]*certa sint omnia, et maxime ea quae nunquam facta sunt, perspicuum est, eos id futurum dicere quod non sit futurum. Ecclesiaste hanc confirmante sententiam, omne quod futurum est, jam factum est in prior*e *seculo*. Idem in eodem dialogo *aut enim quod potest fieri aliquando factum est, aut si nunquam factum est, fieri non posse concede*[.]

[ad Tom. I, lib. V, cap. 6, 6] Sed Tertull. lib. *contra Prax.* c. 10. *plane nihil Deo difficile, sed si tam abrupte in praesumtionibus nostris hac sententia utamur, quidvis de Deo confingere poterimus quasi fecerit, quia facere potuerit. Non autem quia omnia potest facere, ideoque credendum est, illum fecisse etiam quod non fecerit, sed an fecerit requirendum*[.] Et S. Athanas. lib. 3. *contra Arian.* p. 239. *poterat etsi nunquam advenisset Christus solummodo loqui Deus et maledictionem solvere, sed considerandum est quid hominibus expediat, neque in omnibus aestimare quid possit Deus … poterat etiam initio salvator advenire, aut cum advenit non tradi Pilato. Verum sub consummationem seculorum venit, et quaesitus dixit: Ego sum. Quicquid enim facit, hoc* [ . . . ] *utile est hominibus nec aliter decebat fieri*. Eadem scribit libro 2[do]. Theophilus Alexandrinus in *Epist. prima paschali* contra Orig. disputans qui Deum affirmavit non plura creare posse quam reipsa fabricavit: *Necesse est*, inquit, *numero mensuraque factorum Dei fortitudinem coaequari, si non potuit majora facere quam fecit*. (+ majora intelligit plura, id est si non potuit, nisi ea facere quae fecit, in eo tamen erat, quod putat Deum finita fecisse +)

6 f. *docuerint*[.] (*1*) (+ Ergo est pro Diodoro +) . Idem mox: aut enim (*2*) (+ Ergo *L*

1–9 *inter … futurum*: Hieronymus, *Dialogi contra Pelagianos libri III*, I, 9. 1 f. vio*lentissimos* (ℌ) *dialecticos*: bei Petau: valentissimos dialecticos. 10 f. *aut … concede*: Hieronymus, *Dialogi contra Pelagianos libri III*, I, 11. 12–15 *plane … requirendum*: Tertullian (Qu. Septimius Florens Tertullianus), *Adversus Praxean*, cap. 10. 16–20 *poterat … fieri*: vgl. Athanasius, Oratio II contra Arianos, 68, 2 f. (*Opera*, Heidelberg 1601, Bd 1, S. 239 D-E, dort als *Contra Arianos Oratio tertia* geführt). 21–23 Orig. … *fecit*: vgl. Origenes, zitiert bei Theophilus Alexandrinus, *Epistolae paschales*, erster (heute: zweiter) Osterbrief, überliefert in der lateinischen Übersetzung von Hieronymus in den *Epistulae ad Hieronymum et scripta variorum auctorum*, ep. 98, 18 (Epistola Paschalis Theophili, Alexandrini urbis episcopi; CSEL 55, S. 203; PL 22, Sp. 807).

[ad Tom. I, lib. V, cap. 6, 7] Theodoretus serm. 4. *contra gentiles*: *Voluit autem non quanta pot*uerat*, sed quanta sufficere judicavit. Nam ipsi facile quidem erat decem aut viginti millia creare mundorum, quandoquidem velle effectionum* (+ activum [+]) *omnium facillimum*
*4*[v] *est.* Dionys. c. 8[.] *de divinis nominibus*, quod Deus possit *infinite infinitas virtutes ab iis quae jam conditae sunt diversas producere et quod nunquam possint infinitae et in infinitum multiplicando productae virtutes supra modum infinitam ipsius virtutis* procreatricis *efficientiam obtundere*. Sic liquor qui inscribitur Justino martyri respons. ad quaest. 2[dam] Graecorum Deum cum plures posset creare soles, unum tantum voluisse creare[.]

[ad Tom. I, lib. V, cap. 6, 8] Epiphan. *in Haeres.* 70. *potens est ut faciat quod vult*, *verum agit quaecunque divinitati suae congruunt ἀλλὰ πράττει ἅπερ αὐτοῦ πρέπει τῇ θεότητι*[.]

[ad Tom. I, lib. V, cap. 6, 9] Augustinus libro *de spiritu et litera* hac occasione elaboravit. Nempe *in altero quodam opusculo* [ . . . ] *ad Marcellinum scripserat: fieri posse* [ . . . ] *ut sit homo sine peccato si voluntas ejus non desit ope* adjutante *divina, quamvis nemo tam perfectae justitiae in hac vita, vel fuerit vel sit, vel futurus sit. Eo commotus* [ . . . ] *Marcellinus quod Augustinus posse fieri dixisset, cujus desit exemplum*, [ . . . ] *id sibi explicari* desiit. Itaque Augustinus c. 1. *Absurdum tibi videtur dici, aliquid fieri posse cujus desit exemplum. Cum sicut credo non dubites, nunquam esse factum, ut per foramen acus camelus transiret, et tamen ille hoc quoque dixit Deo esse possibile*[:] *legas etiam duodecim* [ . . . ] *legiones angelorum pro Christo ne pateretur pugnare potuisse, nec tamen factum* etc.

[ad Tom. I, lib. V, cap. 6, 10] Abaelardus lib. 3. *introd. Theol.* c. 5. *hoc velut problema sic in utramque partem pertractat, ut postremo negantem* se *sequi profiteatur. Nam cum illud quaerendum proposuisset, utrum plura facere possit Deus vel meliora quam faciat, aut ab his etiam quae facit ullo modo cessare posset ne ea unquam videlicet faceret tum utrum eo modo tantum vel eo tempore quo facit, non alio facere possit, argu-*

1 *contra* | contra *versehentlich nicht gestr.* | *gentiles L*

1–4 *Voluit … est*: vgl. THEODORETUS, *Graecarum affectionum curatio*, IV, 53. 4–7 quod … *obtundere*: DIONYSIUS PSEUDO-AREOPAGITA, *De divinis nominibus*, VIII, 2. 7 f. liquor … creare: vgl. JUSTINUS MARTYR, (Pseudo-Justinus) *Quaestiones gentilium ad christianos*, resp. ad qu. IV (*Opera*, Paris 1615, S. 204 D; *Opera*, Heidelberg 1593, S. 158). 9 f. *potens … θεότητι*: vgl. EPIPHANIUS VON SALAMIS, *Adversus LXXX haereses opus, quod Panarium sive Arcula inscribitur*, 70, 7. 11 Augustinus … elaboravit: AURELIUS AUGUSTINUS, *De spiritu et littera.* 12–14 *fieri* … futurus sit: AURELIUS AUGUSTINUS, *De spiritu et littera*, 35, 62; vgl. AURELIUS AUGUSTINUS, Retractionum libri II, II, 37. 16–19 *Absurdum … factum*: AURELIUS AUGUSTINUS, *De spiritu et littera*, 1, 1. 17 *ut … transiret*: vgl. Lukas 18, 25, Markus 10, 25 u. Matthäus 19, 24. 22–24 *utrum … faceret*: P. ABAËLARD, *Introductio ad theologiam*, III, 5 (*Opera*, Paris 1616, S. 1112), nach heutiger Zählung *Theologia Scholarium*, III, 27; vgl. *Theologia christiana*, V, 29. 24 *eo modo … alio*: vgl. P. ABAËLARD, *Introductio ad theologiam*, III, 5 (*Opera*, Paris 1616, S. 1121), nach heutiger Zählung *Theologia Scholarium*, III, 56.

*menta primum affert, quibus* haec *non posse* probet, *quorum haec est summa*[.] *Deus nihil nisi bonum facere potest, et quicquid facit, ejus* [ . . . ] *justam causam habet ac rationi consentaneam. Quare quodcunque tandem agit id eum oportet agere, non potest* [ . . . ] *hoc omittere nec secus facere, alioqui vel imbecillus esset, si quod optimum*

(+ an hoc sequitur: necessario est haec propositio: Deus facit optimum. Ergo id quod Deus facit est necessarium. Non valet consequentia: quia conclusio sequitur partem debiliorem. At ut aliquid sit optimum non est demonstrabile. Ergo nec quod sit faciendum[.] An potius dicemus: nec hanc propositionem esse necessariam: *Deus facit optimum*, sed tantum esse certam. Videtur optima prior sententia: quia haec propositio *A est optimum* est certa, sed non est necessaria; quia non potest demonstrari +)
*judicavit non posset efficere, vel invidus si nollet. Quo argumento perfectam filii aequalitatem contra Arianos concludunt patres et inter alios Augustinus* lib. 83. *qu.* 63. quod si quis respondeat, *posse Deum alia pro illis bona facere*[.] *Contra sic Abaelardus instat: si est aliud peraeque bonum quod consulto praet*[*er*]*ierat, nullam cur omitteret rationem fuisse. Nam si fuit, ne omittere quidem* (non) *potuisse. Quare si illud solum quod facit fieri ab eo bonum est, profecto illud solum, quod facit facere potest, qui nihil facere potest, quod non ab eo fieri bonum est. Haec ille quorum difficultate superatus ita demum colligit: quantum igitur aestimo, cum id tantum Deus facere possit, quod eum facere convenit, nec eum quicquam facere convenit quod facere praetermittat, profecto id solum eum posse facere arbitror quod quandoque facit, licet haec nostra opinio paucos aut nullos habeat assentatores et plurimum dictis* sanctorum, *et aliquantulum* etiam *a ratione dissentire videatur*. Haec ille. *Hujus opinionis etiam Plotinus fuit Enn.* 5. lib. 5. c. 12. *qui Deum nihil praeter id quod molitus est procreare posse statuit.*

[ad Tom. I, lib. V, cap. 6, 11] Haec impia et frivola esse putat Petavius *de Deo* lib. 5. c. 6. artic. 11. Deum liberum non esse eligere malum, sed ex infinitis bonis certum eligere posse, quia nulla res praeter Deum sit absolute bona nedum optima.

(+ Sed ipse Petavius rem non exhaurit. Sciendum enim est minus bonum habere rationem mali. Et ita Deum non eligere id quo aliud datur melius, cum omnis electio et voluntas fiat sub ratione boni. Et quod ait nullam creaturam esse absolute bonam, recte dicit, sed non ad rem,

15 (non) *erg. L*

13 *posse ... facere*: vgl. Aurelius Augustinus, *De diversis quaestionibus octoginta tribus*, qu. 50 (De aequalitate filii) (Fehlzuweisung bereits bei Petau). 15–17 *si ... fieri bonum est*: P. Abaëlard, *Introductio ad theologiam*, III, 5 (*Opera*, Paris 1616, S. 1114 f.), nach heutiger Zählung *Theologia Scholarium*, III, 36. 18–22 *quantum ... videatur*: P. Abaëlard, *Introductio ad theologiam*, III, 5 (*Opera*, Paris 1616, S. 1117 f.), nach heutiger Zählung *Theologia Scholarium*, III, 46. 22 f. *Hujus ... statuit*: vgl. Plotin, *Enneades*, V, 5, 12.

non enim quaeritur nisi de bonis limitatis, seu creaturis. Et quod negat quicquam esse optimum in creaturis, etiam errat. Nam judicandum est ex sapientia Dei, optimum inter possibilia esse quod Deus elegit, qui secus sentiunt, destruunt Dei perfectionem. Sed quid respondemus Abaelardo? Argumentum quicquid non est optimum non est possibile[,] quicquid non fit non est optimum. Ergo quicquid non fit non est possibile. Nego priorem praemissarum. Itaque ea dicemus Deo non esse possibilia, in quibus intrinseca malitas, non quae a melioribus elidun-tur[.] +)

*5r* (+ Sophisma[10] est Petavii Deum non facere solum optimum, quia alioqui solum angelos et homines fecisset. Nam si soli essent angeli et homines non ita perfecti essent, quia multa eorum intelligentiae decederent[.] +)

[ad Tom. I, lib. V, cap. 6, 13] Abaelardus in *Apologia seu confessione sua* ipse recantavit, quae est inter *Epistolas* ejus 20ma ubi sic scribit: *Deum ea solummodo posse facere credo quae ipsum facere convenit, et quod multa facere potest, quae nunquam faciet*[.] (+ haec pugnant +) *Sed mirum est S. Bernardum cum illius* recenseret *errores et latissime refelleret in Ep. ad Innoc. papam 190, ubi et introductionis ejus Theologicae meminit, ex eaque caetera commemorat*, hujus nullius mentionem facere, *contra quam ad marginem Abaelardi vir doctus annotavit*[.]

Bernardus caeteroqui: *quis negat omnipotenti ad manum fuisse alios et alios modos nostrae redemtionis, justificationis, liberationis? Verum hoc non praejudicat ejus, quem e multis elegit efficaciae. Et fortasse is praestat per quem in terra oblivionis, gravedinis lapsus nostri, tot et tantis gravaminibus reparatoris, fortius et vivacius admoneremur*[.] (+ innuit ergo [+)] *Quo in loco*, inquit Petavius d. l. artic. 13. hoc diligenter *notari velim, quod illum modum* liberandi humani *generis ita praestantiorem aliis, quos in potestate plurimos habebat ostendit, ut iis ipsis, deterioribus licet, uti potuerit*[.] (+ recte. +)

[ad Tom. I, lib. V, cap. 6, 15] Hug[o] de S. Victore *de sacram. fid.* part. 1. c. 22[.] Deus id *quod fecit, melius facere potest, non tamen corrigens male factum,* [*sed bene factum*] *pro-*

[10] *Am Kopf der Seite vermerkt Leibniz*: Scheda 3

1 de (*1*) ⟨–⟩ (*2*) bonis *L* 2 judicandum (*1*) est ab eventu, et (*2*) est *L* 4 possibile[,] (*1*) quicquid non est optimum. (*2*) quicquid *L* 9 Nam (*1*) ad ⟨pers⟩ (*2*) si *L* 26 *sed bene factum erg. Hrsg. nach Petau*

12f. *Deum … faciet*: P. Abaëlard, *Apologia seu Fidei confessio* (*Epistola XX*), in *Opera*, Paris 1616, S. 331 (PL 178, Sp. 107). 14–17 S. Bernardum … *annotavit*: vgl. Bernhard von Clairvaux, *Epistola de erroribus Petri Abaelardi* (epistola 190) (*Opera*, hrsg. v. J. Leclerc u. H. Rochais, Rom 1977, Bd 8, S. 39). 18–21 *quis … admoneremur*: Bernhard von Clairvaux, *Epistola de erroribus Petri Abaelardi* (epistola 190) (a. a. O., S. 33). 26–S. 417521.1 *quod … melius*: Hugo von St. Victor, *De sacramentis fidei*, I, 2, 22.

*movens in melius* etc. (+ Unde patet ipsum non de tota serie rerum hoc intelligere sed de singulis[.] +)

[ad Tom. I, lib. V, cap. 7, 7] Hieronymus *Ep. ad Eustach. de custodia virginitatis* scripserat: *Audenter loquar cum omnia possit Deus, suscitare virginem non potest post ruinam.* Contra hoc Petr. Damiani opusculum suum 36[.] scripsit[,] dicit posse Deum, ut factum sit infectum sed videtur se implicare[.]

[ad Tom. I, lib. V, cap. 7, 9] Melius Augustinus lib. 26. *contra Faustum* c. 5.: *quisquis itaque dicit, si omnipotens est Deus, faciat ut quae facta sunt, facta non fuerint, non videt hoc se dicere: si omnipotens est* Deus *faciat ut ea quae vera sunt, eo ipso quo vera sunt falsa sint*[.]

[ad Tom. I, lib. V, cap. 7, 15] Nihil contra naturam. Ita recte Augustinus de *civ. Dei* lib. 21. c. 8. *Omnia* [ . . . ] *portenta contra naturam* [ . . . ] *dicimus esse, sed non sunt*[.] *Quomodo est enim contra naturam, quod Dei fit voluntate, cum voluntas tanti utique conditoris conditae rei cujusque natura sit. Portentum ergo fit non contra naturam sed contra quam est nota natura.*

Ambros. lib. 2. *in Hexaem.* c. 3. *sermo Dei* [ . . . ] *virtus naturae est*[.]

Et Seneca *de benefic.* lib. 4. c. 7. *quid* [ . . . ] *aliud est natura quam Deus et divina ratio toti Mundo et partibus ejus inserta*[?]

[ad Tom. I, lib. V, cap. 8, 7] Nicol. Cusan. lib. 9. *excit* p. 626. et seq. *Deus creator est et Jesus creatio ejus*[.]

[ad Tom. I, lib. V, cap. 8, 13] Antiochena Synodus contra Paulum Samosatenum, *per quem* [ . . . ] *pater omnia fecit non tanquam per instrumentum*[.]

[ad Tom. I, lib. V, cap. 8, 5] Athanas. lib. 4. p. 296. filium esse ipsum Dei *βουλην*.

14 f. *est.* (*1*) Et tamen nihil aliud (*2*) Et *L*

4 *Audenter … ruinam*: Hieronymus, *Epistolae*, ep. 22 ad Eustachium, cap. 5 (CSEL 54, S. 150). 5 f. posse … implicare: vgl. Petrus Damiani, *Opusculum trigesimumsextum. De divina omnipotentia in reparatione corruptae, et factis infectis reddendis*, in *Opera*, hrsg. v. C. Gaetani, Paris 1642, S. 268–270 (= *Epistulae CLXXX*, ep. 119; MGH, *Briefe der deutschen Kaiserzeit*, hrsg. v. K. Reindel, Bd 3, München 1989, S. 342–384, hier S. 343–349). 7–9 *quisquis … sint*: Aurelius Augustinus, *Contra Faustum*, XXVI, 5. 11–13 *Omnia … natura*: Aurelius Augustinus, *De civitate Dei libri XXII*, XXI, 8. 14 *sermo … est*: Ambrosius, *Liber Hexaëmeron*, II, 3, 10. 15 f. *quid … inserta*: vgl. Seneca, *De beneficiis libri septem*, IV, 7, 1. 17 f. *Deus … ejus*: N. Cusanus, *Excitationum liber IX*, initio (*Opera*, Basel 1565, S. 626 f.). 19 f. *per … instrumentum*: vgl. *Dionysii Alexandrini Epistola contra Paulum Samosatenum*, in *Bibliotheca veterum Patrum et antiquorum scriptorum ecclesiasticorum*, Paris 1624, Bd 1, Sp. 303 D-E. 21 filium … *βουλην*: vgl. Athanasius, *Oratio III contra Arianos*, cap. 61, 3 (*Opera*, Heidelberg 1601, Bd 1, S. 296 A-B, dort als *Contra Arianos Oratio IV* geführt).

[ad Tom. I, lib. V, cap. 8, 6] Cyrill. Alex. in *dial.* 6. p. 615[.] esse *δύναμιν* patris. Et lib. 2[.] *in Joh.* c. 5. esse *vivam et subsistentem patris voluntatem*, esse *δύναμιν ἐνεργητικὴν*[.]

[ad Tom. I, lib. V, cap. 9, 1] Idem Cyrill. *dial.* 6. et adversus haereticos Sp. S. creaturam non esse, quia sit *ἐνέργεια* Dei.

[ad Tom. I, lib. V, cap. 11, 11] Maymon. p. 2. cap. 20. *More Neb.* putat etiam in mente creata non differre actionem a substantia, quia sit substantiae complementum, quod si addideris[,] inquit, non retinebit unitatem[.]

[ad Tom. I, lib. V, cap. 11, 12] Hierem. patriarcha in resp. 2. *adversus Tubing.* p. 204[.] probare conatur *ἐνέργειαν* ab usia differre in Deo[,] inter alia in Deo *ἐνεργείας* mutare, usiam non. Respondet Petavius, ratione differre diversa paulo crassius[.]

[ad Tom. I, lib. V, cap. 12, 1] Actionem liberam a voluntate divina distinguunt, autor libri *quaestionum et resp. ad Graecos* qui falso Justino tribuitur. Nempe [n]egat idem esse apud Deum esse et velle[.]

[ad Tom. I, lib. V, cap. 12, 3] Basilius Maximo citatus apud Joh. Cyparissiotum *dec.* 3. c. 4. *aliud est qui operatur, aliud operatio, aliud opus.*

*5*[v] [ad Tom. I, lib. VI, cap. 1, 5] Bonum collocat Durandus in Convenientia potius quam in perfectione[.]

[ad Tom. I, lib. VI, cap. 1, 7] D. Thomas maluit absolutam [bonitatem] collocare in perfectione[.]

4 esse, (*1*) quia sit ἐνέργεια Dei (*2*) quia *L*

1 esse *δύναμιν* patris: vgl. Cyrill von Alexandria, *De sancta trinitate*, dialogus 6, in *Opera*, Paris 1638, Bd 5, 1, S. 615. 2 esse ... *voluntatem*: vgl. Cyrill von Alexandria, *Commentarii ad Joannem*, II, 5, zu Johannesevangelium 4, 34 (*Opera*, Paris 1638, Bd 4, S. 197E). 2 *δύναμιν ἐνεργητικὴν*: vgl. Cyrill von Alexandria, *Commentarii ad Joannem*, lib. II, cap. 6 u. 7, zu Johannesevangelium 5, 19 f. (*Opera*, Paris 1638, Bd 4, S. 221 u. 225). 3 f. Sp. S. ... Dei: vgl. Cyrill von Alexandria, *De sancta trinitate*, dialogus 6, in *Opera*, Paris 1638, Bd 5, 1, S. 651. 5–7 etiam ... unitatem: M. Maimonides, *More Nebuchim*, lat. Ausg. u.d.T. *Doctor perplexorum*, hrsg. v. J. Buxtorf, Basel 1629, II, 20. 9 f. ἐνέργειαν ... non: *Secundum Patriarchae Constantinopolitani D. Hieremiae responsum*, in *Acta et Scripta Theologorum Wirtembergensium, et Patriarchae Constantinopolitani D. Hieremiae: quae utriq*[*ue*] *ab Anno M.D.LXXVI. usque ad Annum M.D.LXXXI. de Augustana Confessione inter se miserunt Graece et Latine ab iisdem Theologis edita*, *Secundum Patriarchae responsum*, Wittenberg 1584, S. 204. 11–13 Actionem ... velle: vgl. Justinus Martyr, (Pseudo-Justinus) *Quaestiones christianorum ad gentiles*, qu. 3 (*Opera*, Paris 1615, S. 176C-D u. S. 177C; *Opera*,, Heidelberg 1593, S. 135 f.). 15 *aliud ... opus*: Joannes Cyparissiotes, *Expositio elementaria eorum, quae de Deo a theologis dicuntur*, Decas 3, cap. 4 (PG 152, Sp. 782C). 16 f. Bonum ... perfectione: vgl. Durandus von St. Pourçain, *In Petri Lombardi sententias theologicas commentariorum libri quatuor*, lib. II, dist. 34, qu. 1 (Venedig 1571, Bl. 189 r°a). 18 f. D. Thomas ... perfectione: vgl. Thomas von Aquin, *Summae theologiae prima pars*, qu. 5, art. 1, resp. ad arg. 1.

[ad Tom. I, lib. VI, cap. 4, 2] Jam Origines Tom. 2. *in Joh.* Tom. 2. *op.* p. 175[.] malum esse non ens[.]

[ad Tom. I, lib. VI, cap. 5, 4] Dionys. *de div. nom.* c. 4. *malum* [ . . . ] *extantiam non habet sed adextantiam* quia *boni gratia fit, non* sui ipsius. Quia *nemo* [ . . . ] *in malum intuens facit* quae *facit*[.] Causa mali non efficiens sed deficiens[.][11]

[ad Tom. I, lib. VI, cap. 7, 5] Dionysio cap. 13. *de divinis nominibus* Deus *αὐτοτελὴς*, adeoque absolutus vel *ὑπερτελὴς* omnem infinitatem metiens[.]

[ad Tom. I, lib. VI, cap. 8, 9] Pulchrum respicit intellectum, bonum respicit voluntatem, ita D. Thomas 1. part. qu. 5. art. 4. ad 1[.]

[ad Tom. I, lib. VIII, cap. 5, 12] Cyrillus 3. *contra Jul.* p. 95, ex Chrysippo.

*Chrysippus* [ . . . ] *Socratem secutus de iis quae fiunt ne dici quidem putabat oportere, quis scit? Sed omnino melius istud fuisse. Nam si administratio fingi nulla potest divina melior, prorsus de his quae fiunt existimandum est, sic evenire ut eveniunt esse satius*[.]

*6r* [ad Tom. I, lib. VII, cap. 2, 1–3] Mirum quod Augustinus qui negaverat Deum corporeis oculis videri postea doctior affirmare visus est[.] Nempe *de civ. Dei* lib. 22[.] c. 29[.] fluctuat propensior in affirmantem posse videri. *Ep.* 111[.] et 112[.] dubius haeret: et dicit se alio opere explicaturum. Id opus est ipse liber *de civitate Dei*, ut ipse docet lib. 2do *retract.* c. 41.

At Epistola 6[.] sine haesitatione dixerat Deum oculis corporeis videri non posse[,] ⟨ut-⟩ miratur Petavius doctiorem et provectiorem, sequi sententiam quae non sit tolerabilis[.]

[ad Tom. I, lib. VII, cap. 2, 7] Anselmus lib. *de sacram. altaris* cap. 4. *sicut* [ . . . ] *dignioris et subtilioris naturae spiritum rationalem constet esse quam quodlibet corpus*[,] *illud*

[11] *Am Rand vermerkt Leibniz*: NB.

9 f. ad 1[.] (*1*) Memorabil (*2*) Ch (*3*) Cyrillus *L* 10–13 Cyrillus ... *satius. erg. L* 22 (*1*) NB. (*2*) NB. *L*

1 f. malum ... ens: vgl. ORIGENES, *Commentarii in Evangelium Joannis*, II, 7 (*Opera*, Paris 1604, Bd 2, S. 175 f.; PG 11, Sp. 74 A-B). 3–5 *malum* ... deficiens: vgl. DIONYSIUS PSEUDO-AREOPAGITA, *De divinis nominibus*, cap. 4, 31. 6 f. Deus ... metiens: vgl. DIONYSIUS PSEUDO-AREOPAGITA, *De divinis nominibus*, cap. 13, 1. 8 Pulchrum ... voluntatem: vgl. THOMAS VON AQUIN, *Summae theologiae prima pars*, qu. 5, art. 4, resp. ad arg. 1. 11–13 *Chrysippus* ... *satius*: vgl. CYRILL VON ALEXANDRIA, *Contra Julianum libri X*, III, 31 u. V, 22 (*Opera*, Paris 1638, Bd 6 , S. 95 u. S. 167). 15 f. Nempe ... videri: vgl. AURELIUS AUGUSTINUS, *De civitate Dei libri XXII*, XXII, 29. 16 *Ep.* 111[.] et 112[.]: vgl. AURELIUS AUGUSTINUS, *Epistolae*, ep. 148 (ad Fortunatianum episcopum Siccensem) u. ep. 147 (ad Paulinam) (*Opera*, Bd 2, Antwerpen 1576, ep. 111, u. ep. 112, S. 196–209). 17 Id ... c. 41.: AURELIUS AUGUSTINUS, *Retractionum libri II*, II, 41, in den *Opera* (Bd 2, Antwerpen 1576, S. 196) vor ep. 111 zitiert. 18 Deum ... posse: vgl. AURELIUS AUGUSTINUS, *Epistolae*, ep. 92 (ad Italicam viduam Romae) (*Opera*, Bd 2, Antwerpen 1576, ep. 6, S. 11–13). 20–S. 417524.3 *sicut* ... *appellari*: GUILELMUS de S. Theodorico, *De sacramentis altaris*, cap. 1 (PL 180, Sp. 347), fälschlich Anselm von Canterbury zugeschrieben.

*tamen corpus, quod super omnes coelos in eo qui super omnia est meruit exaltari, dignius et ad omnia quae voluit subtilius et efficacius puto esse quam sint aliqui non solum inferiores spiritus, sed et omnes illi, qui coelorum nomine meruerunt appellari*[.]

[ad Tom. I, lib. VII, cap. 7, 8] Graeci et Armeni negant a beatis clare divinam Essentiam videri, id ⟨etiam⟩ defendi[t] Georg. Palamas[.]

[ad Tom. I, lib. VIII, cap. 2, 6] Augustinus sensit res ea actione conservari qua creantur lib. 12. *de civ. Dei* c. 25[.] *si potentiam suam ut ita dicam fabricatoriam rebus subtrahat, ita non erunt, sicut antequam fierent non fuerunt*[.]

[ad Tom. I, lib. VIII, cap. 2, 9] Cyrill. Alex. lib. 9. *in Joh.* p. 793. *Statim ad propriam naturam, hoc est nihilum* (res) recidissent *nisi necessitudine* quadam *(σχέσει) quam cum eo quod est habent ortus sui naturam superarent*[.]

[ad Tom. I, lib. VIII, 4, 16] Ammonius in lib. *de interpr.* fol. 94. p. 1. vel ideo consentaneum esse ut Deus contingentem curam gerat, quia fluxa sunt nec nisi a causa magis propinqua ordinante conservari possunt, ut pueri majore cura opus habent[.]

[ad Tom. I, lib. VIII, 4, 17] Eleganter Orig. 4. *contra Cels.* p. 219. ut qui in civitate annonae et macelli curam habent, hominum causa laborant, ejus tamen providentiae fructus etiam ad canes et bruta convenit, ita divinam providentiam ratione praeditis potissimum prospicere[,] ex consequentia autem et alia illis frui[.]

[ad Tom. I, lib. VIII, 5, 4] Arnobii *contra gentes* lib. 2. p. 86. mira opinio etiam mala quae culpa vacant non esse a Deo, et ideo hominum animas quia labiles non esse a Deo procreatas. *Sed alterum* [...] inquit, *genitorem his esse dignitatis et potentiae gradibus satis plurimis ab imperatore* distantem, *ejus tamen ex aula et eminentium nobilem sublimitate natalium*. Contrarium: sceleratam persuasionem vocat[.]

[ad Tom. I, lib. VIII, 7, 6] Philo lib. *de nominum mutatione*: *Ens* [...] ut *Ens non refertur ad aliud*[.]

[ad Tom. I, lib. VIII, 9, 3] *Jao* in *oraculo Clarii Apollinis* apud Macrob. *Saturn.* lib. 1. c. 18. Apud Theodoretum Porphyrius *Jerombalum vocat sacerdotem Dei Jao*. Scaliger in

---

7 f. *si ... fuerunt*: AURELIUS AUGUSTINUS, *De civitate Dei libri XXII*, XII, 26 (*Opera*, Bd 5, Antwerpen 1576, S. 45, dort XII, 25). 9–11 *Statim ... superarent*: vgl. CYRILL VON ALEXANDRIA, *Commentarii ad Joannem*, zu Johannesevangelium 14, 11 (*Opera*, Paris 1638, Bd 4, S. 793 D). 12–14 vel ... habent: vgl. AMMONIUS, *In Aristotelis de interpretatione commentarius*, zu cap. 9, 18, a 29–32 (Venedig 1546, fol. 94 r°). 15–18 ut ... frui: vgl. ORIGENES, *Contra Celsum libri octo*, IV, 74 (hrsg. v. D. Hoeschel, Augsburg 1615, S. 219). 19–23 quae ... vocat: vgl. ARNOBIUS VON SICCA, *Adversus nationes*, II, 36 (*Disputationum adversus gentes libri septem*, Paris 1605, S. 86). 24 f. *Ens ... aliud*: vgl. PHILO VON ALEXANDRIA, *De mutatione nominum*, cap. 27. 26 *Jao ... Apollinis*: vgl. AMBROSIUS THEODOSIUS MACROBIUS, *Saturnalia*, I, 18, 19. 27 *Jerombalum ... Jao*: vgl. THEODORETUS, *Graecarum affectionum curatio*, II, 44 mit Bezugnahme auf PORPHYRIUS, *Contra Christianos* (hrsg. v. A. von Harnack, in *Abhandlungen der preussischen Akademie der Wissenschaften*, Phil.-hist. Klasse 1, Berlin 1916, fragm. 41). 27 – S. 417525.1 Scaliger ... *Ἰευὼ*: vgl. J. J. SCALIGER, *Opus de emendatione temporum ... addita veterum Graecorum fragmenta selecta*, Genf 1629, TL 2, *Fragmenta*, S. 6.

*fragmentis* p. 6.[,] in calce libri *de emend. temp.* apud Porphyrium legit *'Ιευὼ*. Theodoretus *quaest. 18. in Exod. a Samaritanis appellari* [ . . . ] *Jabe, a Judaeis Aja*[,] forte id corruptum[.]

[ad Tom. I, lib. VIII, 9, 4] *Jehova* nomen nemo ante Galatinum usurpasse creditur Buxtorf. in *Thes.* in יהוה[.]

[ad Tom. I, lib. IX, cap. 2, 2] Prosper in *Chronico*: *praedestinatorum* [ . . . ] *haeresis quae ab Aug. libris male intelle*xit [*bricht ab*]

*7ʳ* [ad Tom. I, lib. IX, cap. 2, 2 sq.] Faustus[12] Regiensis revera fuit, Semipelagianus, et scripsit contra Augustinum etsi dissimulanter.

Fuit aliqu⟨– contra⟩ haeresis praedestinatorum de qua Prosper in *Chronico*[:] *Praedestinatorum* [ . . . ] *haeresis quae* ex libris Aug. *male intellectis accepisse dicitur initium His temporibus serpere exorsa*[.]

